MISCELLANEA SILESIACA,

VARIIS HINC INDE PRAESIDIIS ADORNATA,

COLLECTORE


THEODORO CRVSIO,

DVCATVVM SVIDN. ET JAVRAV. ADVOCATO JVRATO.

LIGNITII ET LIPSIÆ,

APVD HAEREDES RORLACHIANOS,

cIↄ Iↄcc XXII.



ILLVSTRISSIMO
COMITI. AC DOMINO
DOMINO
CONR. ERNESTO
MAXIMILIANO
SACRI. ROMANI. IMPERII
COMITI
DE
HOHBERG

LIBERO. BARONI
A
FVRSTENSTEIN
DYNASTAE
IN. FVRSTENSTEIN. FRIEDLANDT
ET. RELIQVA
COMITE. AC. DOMINO. SVO
GRATIOSISSIMO
IN
DEVOTAE. RELIGIONIS
ATQVE
SVBMISSI. CVLTVS
AETERNAM. TESSERAM
CVM. PRECIBVS. AD. DEVM. SVPPLICIBVS
VT
ILLVSTRISSIMVM
HOHBERGIANAE. GENTIS
NOMEN
IN
ORBIS. LITERATI
ET
SILESIAE. NOSTRAE
SPLENDOREM,

AD. SECVLI. CONSVMMATIONEM. VSQVE
VIGEAT. VIREAT. FLOREAT

MISCELLANEA. HAEC SILESIACA

EA

QVA. PAR. EST

ANIMI. SVBMISSIONE

VETERVM. CLIENTVM. MORE

D. D. D.

THEODORVS. CRVSIVS.

LECTORI
HISTORIAE SILESIACAE AMANTI
S. P. D.
THEODORVS CRVSIVS

Vtiliorem Operam praestare Reipublicae Literariae Illos, qui recudendis & ab obliuione uindicandis rarioribus Scriptis incumbunt, quam qui nouos cudunt libros, id cum Morhofio *&* Crenio *iamdudum Viri in omni scientiarum genere Doctissimi asseruerunt, & Collectores eiusmodi Scriptorum suo comprobarunt exemplo. Hinc & ego ex suasu* Fautorum *&* Amicorum nonnullorum *Chartas* de Rebus Silesiorum *agentes & palantes conquirere inposterum, ac*

sub

ſub MISCELLANEORVM SILESIACORVM *nomine, ſi modo* DEVS TER. OPT. MAX. *Coeptis aſſiſtat meis! denuo luci exponere publicae mecum conſtitui. Siſtit ſe autem oculis iam Tuis Eorundem Specimen quoddam, in quo euulgando quid praeſtiterim, uel tribus modo uerbis accipe. Et* Primo *quidem omni cura delenda curaui menda typographica, quibus priores ſcatuerunt Editiones.* Deinde, *ad euitandam* CL. Lilienthalii *Cenſuram, breues Annotationes, ubi neceſſe uel utile id uiſum fuit, hinc inde ſubjeci, ut, qui aliis ſubſidiis deſtituti, per has quodammodo ſibi conſulere queant. Caeterum uale & ulterius faue.*

Dab. Suidnicii
e Muſaeo meo
D. XXV. Auguſti
clↄ Iↄcc XXII.

I.

COMMENDATIO SILESIAE,

A

VIRO

INCOMPARABILI

PHILIPPO MELANCHTHONE,

PRAEFATIONI

CATECHISMI TROTZENDORFFII,

BIENNIO ANTE OBITUM

PRAEMISSA.

APud *Cornelium Tacitum* inter Germaniae Populos nominantur *Elysii*, quos unius adjectione literae *Silesios* esse (1) existimo; Sed uir doctus delectatus allusione graecae uocis maluit *Elysios* dicere, praesertim cum laudari audiret spaciosos campos, feraces frumenti, & juga, gignentia aurum, argentum & ferrum, & cognovisset, magnam ibi oppidorum frequentiam esse, eaque honestis legibus & judiciis regi, & justitiam ciues inter sese & erga hospites exercere.

Doleo autem non solum desiderari ueteres descriptiones, sed etiam recentem nullam extare ejus Regionis, quae nunc *Silesiae* nomen habet, praesertim cum non alia

(1) Consentientem hac in parte habet *Martinum Hankium*, Virum de Historia patria optime meritum; Licet in eo ab illo discrepet, quod *Elysiorum* nomen non ortu graecum, neque Hebraicum, uti nonnulli uolunt, sed germanicum pronunciet *in Antiquitatibus de Silesiorum Nominibus cap. X. p. 61.* Et *in Antiquitatibus de Silesiorum Majoribus cap. XI. p. 33. sqq.* Confer *Scholia* ad *Kittelii Encomium Silesiae N. IV.*

alia gens in Germania plures habeat eruditos uiros in tota Philosophia, & Vrbs Vratislauia non solum artifices industrios habeat, & ingeniosos cives peregrinatores, sed etiam Senatum munificum in juuandis Literarum & artium studiis. Opto autem, ut eruditus aliquis Patriae hanc pietatem praestet, ut χωρογραφίαν ejus arte factam (2) edat.

(2) Cujus uoto etiam ex asse euentus respondit. Primus autem, qui hanc prouinciam, si *Pancratii Vulturini* & *Francisci Fabri* labores excipias, in se suscepit, fuit *Joachimus Curaeus*, cujus *Annales Gentis Silesiae* primum *Vitenbergae* 1571. *f.* latine, postmodum *Fr. ad Moenum* 1585. *f.* Interprete *Henrico Raettelio* germanice & eodem anno *Lipsiae* cum *D. Laurentii Mülleri supplementis Rerum Polonicarum, Liuonicarum, Muscouiticarum, & Suecicarum;* Deinde accedente *Parte III.* a *Raettelio* adjecta, auctiores *Vitembergae A.* 1587. & *Islebiae* 1601. *fol.* Tandem *Lipsiae A.* 1607. *f.* addito Auctario nouo *Laurentii Peccensteinii* lucem aspexerunt. Post Eum in scenam prodiit *Nicolaus Henelius*, cujus *Silesiographia* primum *FF.* 1613. 4. postea cum curis ejus posterioribus & Illustrissi-

Vt autem ego ab amicis audio, ea, quae nunc Silesia dicitur, Figura pene Trapezii est,

---

mi *Mich. Josephi Fibigeri Scholiis* sub Titulo: *Silesiographia Renouata*, *Lipsiae* 1704. 4. prodiit. Hunc excepit *Jacobus Schickfusius*, qui *Annales* inprimis *Curaei* supplevit ac continuauit in der neuvermehrten Schlesischen *Chronica* und Landes-Beschreibung, *Jenae* 1625. f. edit. Post eum *Fridericus Lucas* sub *Lichtsternii* nomine edidit Schlesische Fürsten-Krone, *FF. ad Moen.* 1685. 8. exc. Cui autem *Caspar Sommerus* sub ficto *Curiosi Silesii* nomine opponebat *Animaduersiones* und Anmerckungen über die Fürsten-Krone, *Weissenfelsae* 1687. 8. proelo submissas. His itaque motus Animadversionibus *Lucas*, nouum postmodum, apposito proprio nomine, adgrediebatur Opus sub titulo: Schlesiens *curieuse* Denckwürdigkeiten, *FF. ad Moenum* 1689, 4. edit. In quo multa prioris Editionis errata correxit & plurima notatu digna adjunxit monumenta; Vtrum uero ab omnibus naeuis Chronicon suum iam liberum sit, alii iudicent. Eundem lapidem quoque mouere uolebat *Ignatius Ephraim Naso* edito *Prodromo Annalium*

eſt, & limes eſt ad ortum radices montis Carpathi, ubi fontes ſunt Viadri; ad Occaſum limes ſit flumen Sueuus; ad meridiem montes Sudetes; ad arctum Francofordia in ripa Viadri. Vrbes in ea regione multae ſunt, ornatae aedificiis, & Ciuium diſciplina. Sed longe excellit *VRATISLAVIA* (3), cujus ſitus, ut certius cognoſcatur,

lium Sileſiae Vratislaviae 1667. 4. Sed plura ibi minatus eſt, quam perfecit. Nec illo, quod ad hiſtoriam ſcribendam requiritur, judicio praeditus fuit. Vt iam nihil dicam *de ſtatu Sileſiae, Halae 1707. 8.* edito, & *Chronico Sileſiae enucleato* ſeu Schleſiſchen Kern-Chronicke, *Norimbergae, 1710. 8.* impr. Potuiſſent ſane hi auctores, quiqui etiam illi ſint, hoc ſuperſedere labore; Praeter naeuos enim nil noui afferunt, & dum ex aliis nucleos quaerunt, putamina ab illis ſeparare neſciunt. Interim tamen ex Epitomatoribus *ſtatus Sileſiae* ob ordinem mihi adhuc prae aliis placet, erroribus licet ſcateat quam plurimis. De rebus enim & Autoribus Sileſiacis in compendium redactis haec mea eſt ſententia: *Inter Coecos luſcum Regem eſſe.*

(3) Hinc non ſolum Vniverſales Hiſtoriae Sileſio-

tur, adſcribo *longitudinem*, quae eſt graduum XXXIV, & *latitudinem*, quae eſt graduum LI. (4). Nomen eſt Vrbis apud *Ptolomaeum Budorgis*, quam eſſe *Vratislauiam* quidam exiſti-

Sileſiorum Conditores iamiam nominaci, uerum & alii luculentas Vrbis hujus nobis dederunt Deſcriptiones. In poſteriorem Claſſem autem inprimis refer: *Nicolai Henelii Breslographiam*, FF. 1613. 4. *Jo. Andr. Mauersbergeri* Lob der Weltberühmten Stadt Breßlau in Schleſien, Bregae 1679. f. *Chriſtophori Schwarzbachii Vratislauiam*, Carmine elegiaco deſcriptam, Vratisl. 1630. 4. *Dan. Illmeri Narrationem breuem ac perſpicuam de Vratislauia, Sileſiae Metropoli*, Vitembergae 1628. 4. *Tobiae Coberi Vratislauiam* Lipſiae 1593. *Jo. Vechneri Vratislaviam* in *Syluis Elyſiis p. 58. ſq.* Et *Chriſtiani Rohrmanni Vratislauiam, Centum Anagrammatibus adumbratam*, Lipſiae 1705. 4. Quibus adde *Martinum Radeckium*, qui Charactere poëtico latino *Inſignia*; Et *Dauidem Taucherum* alias *Schützium*, qui templa hujus Vrbis Rhytmis Germanicis adumbrauit.

(4) Legi hic meretur *Chriſtophori Heinrichii, Soc. Jeſuiticae membri* Schediaſma *de Altitu-*

existimant (5); Ego non adfirmo, sed uel ad hanc uel ad uicinam aliquam transferri uetus nomen patior (6). Terra magna ex parte frumenti ferax est, & aliquot locis adhuc sunt auri uenae mediocres, alibi argentum & ferrum (7) gignit. Mores gentis in Vrbibus & pagis reguntur honestis legibus, & gens ipsa non est impatiens disciplinae. Nec in ulla parte Germaniae plures ex populo discunt & intelligunt doctrinas. Multi etiam ad Poëticam & ad Eloquentiam idonei sunt. *Vrsini* (8); *Rosini* (9);

Altitudine Poli siue latitudine geographica Vratislauiae, Nissae 1708. 4. exc.

(5) Quos inter est *Curaeus*, ceu patet ex *Annalibus ejus p. m. 269.*

(6) *Budorgin* Ptolomaei *Vratislauiam* esse, tam credo, quam Athenas Atticas; Quippe cum urbem aliquam tum temporis hoc loco fuisse doceri minime possit; Vid. *Henelii Bresl*o*graphia p. 8.*

(7) Euolue *Kittelium l. c. N. XIII. sqq.*

(8) Fuit is *Caspar Velius*, Suidnicii Anno circiter 1493. honestis sed obscuris parentibus natus; qui postmodum *Vrsini* cognomen, quamuis alienum, ob septentrionalem plagam, sub *Vrso* coelesti positam,

Logi (10); *Langi* (11) Carmina doctissimi Viri in Italia laudarunt. Ecclesiarum etiam pius

---

tam, Autore *Jo. Cuspiniano*, Caesareo Consiliario, quem Vienna Patronum habebat, eo pacto assumsit, ut *Velii* gentilitium aut omitteret aut postponeret. De quo ipse *Velius* ad *Cuspinianum* :

Natus in Arctois ego, CVSPINIANE, SELINGIS,
Asper ubi coluit rura paterna QVADVS,
Paene Puer cecini, tibi non nisi nomine notus,
Carmina iudicio saepe probata tuo.
Hac mihi laude sacrae crevere in carmine vires;
Instar enim Phoebi CVSPINIANVS *erat.*
Quae mihi misisti, illius diuina putaui
Verba Dei, docta uerba notata manu.
VRSINI (*memini*) nomen mihi dulce dedisti,
Hoc ratus ingenium commeruisse meum.
Credo equidem non hoc Nomen sine Nomine Diuum,
Auspice te, spreto rite priore tuli.
Forsitan ipsa suo natum sub sidere Vatem,
Hoc dici uoluit Parrhasis VRSA *Modo.*

A do-

pius consensus est pene in tota regione, & multi, qui docent in urbibus, norunt lin-

A domesticis autem auxiliis nudus, Beneficentia *Jo. Thurzonis*, Episcopi Vratislauiensis, fretus, animum literis excoluit & quindecim annorum Ephebus iam carmina tam graeca quam latina scripsit. In his uero studiis acquiescere nolens, Academias Viennensem, Romanam, Bononiensem & alias ingressus, praecipuas curas in Rerum Philosophicarum Legumque Ciuilium & Ecclesiasticarum scientia defigebat, ibique non solum familiari doctissimorum Virorum Conuersatione gaudebat, uerum etiam ob sermonis tum latini, tum etiam graeci, notitiam, illis temporibus raram, ab illis inter Viros saeculi sui maximos referebatur; Imo ob Poëseos praestantiam ab Imp. *Maximiliano I.* Laurum in summorum illustrissimorumque Capitum conspectu, capiebat, & ob insignem Legum peritiam, ipsis utriusque Juris Doctoribus adscribebatur. His autem Eruditionis praemiis auctus, varia deinde cum *Maximiliani I.* Legato & Oratore, *Matthaeo Lango*, suscipiebat itinera, reuersusque in Aulam *Ferdinandi I.* Caesaris recipiebatur &

guam latinam, Graecam & Ebraeam, & pietatem animi declarant uera invocatione Dei,

non solum Orator & Historicus Regius declarabatur, uerum etiam *Maximilianus II.* filius *Ferdinandi I.* ad erudiendum Ejus fidei committebatur. Qua in functione etiam ad finem Vitae usque permansit. Quodnam uero supremi fati genus obierit, dubium est. Ab inimicis ueneno sublatum nonnulli crediderunt, quemadmodum *Georgius Ederus in Catalogo Rectorum Viennensium* sub Rectore CCCXXIV. ad A. 1538. commemorat. Sicut autem fama communis asseruit, in Danubio periit. Sed qua ratione id contigerit, dubium est. Sunt, qui cum *Hadriano Mario*, Viro eruditissimo, tam triste fatum, conjugio, quo implicatus fuit *Velius* non sat felici, imputant: Vid. *CL. Boettneri* Diss. Histor. *de malis Eruditorum Uxoribus* §. *XIV.* Alii aliter statuunt, prout uidere est apud Hankium in egregio *de Silesiis Indigenis* libro, *cap. LXXVI.* Ubi exacte Vitam *Velii nostri* describit.

(9) Mentionem hujus aliquoties injicit *Hankius l. c. p. 230. & p. 233.* Laudatque Eum ob uenam poëticam *Caspar Cunradus Prosopographiae Melicae Millenario III. p. 124.*

Erat

Dei, in agnitione & fiducia Mediatoris. Ac de doctrina consensum uerae & Catholicae Ec-
A 6 clesiae

Erat uero Canonicus Viennensis diemque obibat supremum A. C. 1545.

(10) Ortum hic debet suum genti *Logauianae* Equestri, Legumque Decretalium fuit Doctor, Cathedralis uero templi Vratislauiae Canonicus & S. Crucis Praepositus, necnon Comes Palatinus Caesareus & Consiliarius Regius, qui inter homines esse desiit in terris A. 1553. ceu patet ex monumento in templo S. Crucis Vratislauiae ipsi statuto & a *Christiano Meisnero Decade II. Equitum Silesiorum honoribus academicis fulgentium Lit. a. 3. col. 2.* repetito. Celebrant eum ob uenae poëticae præstantiam *Henelius in Silesiographia Renouata* cap. VIII. p. 138. sqq. cap. VII. p. 715. sqq. *Cunradus Prosopographiae Melicae Mill. I. p. 99.* Et *Iouius in Elogiis p. m. 224* Vbi illum *Inclytum Poëtam & sodalem suum* uocat. Egregium ejus Carmen *Vratislauiae Laudibus* dicatum exhibet *Henelius Breslographiae cap. I. p. 7.* Reliqua uero ejus Carmina iucunda & immortalitate dignissima prodierunt Viennae A. 1599. in folio, cura *Hieron. Victoris, Silesii.* Caeterum merito ille do-
ctos

cleſiae Chriſti amplectuntur, & honeſta morum gubernatione, qui in eis reguntur non

---

ctos inter Praeſtigiatores referendus eſt, quippe qui genus ſuum ab ipſo Achille deducebat; hinc & *D. Ambroſius Moibanus* in Conuiuio aliquando abſurda ejus arrogantia offenſus, *Eſt ſane*, inquiebat, *ut dicis, Logorum familia uetuſta: Nam & Terentio Logi noti ſunt*; Vid. *Adami in Vitis Theologorum Germanorum p. m. 257.*

(11) Viri hujus merita Orbis Eruditus non ſine maxima honoris mentione hodienum celebrat & admiratur. Naſcebatur Freyſtadii, Sileſiae Oppido in Ducatu Teſchinenſi, & abſolutis ſtudiis ſcholaſticis & Academicis uaria ſubibat munera. Primum enim *Budae* puerorum ſymphoniacorum & artes diſcentium Praeceptorem, poſtmodum Goldbergae & Niſſae Scholae moderatorem, agebat. At puluerulentae uitae pertaeſus intra breue temporis ſpacium e Ludimagiſtro Reipublicae Suidnicenſis Syndicus, deinde Epiſcopi Vratislauienſis Cancellarius, pauloque poſt DD. Impp. *Ferdinandi* & *Maximiliani* Conſiliarius & Orator fiebat. Tandem Suidnicii multis curarum taediis fractus d. 25. Aug. A. 1567. Aet. an 64. fatis

non tantum Consilio humano, sed etiam luce accensa a filio Dei, Voce Evangelii & Spiritu sancto, & abhorrent ab omnibus fanaticis & seditiosis Opinionibus, ac, ut veritatis & concordiæ studium ostendant, conjunctionem cum Ecclesiis Saxonicis tuentur. Et sicubi homines fanatici & impostores spargunt deliria, Pastores in Vrbibus communi consensu eos reprimunt. Ad hanc concordiam profuit multum fides Viri Clarissimi, qui excelluit eruditione & virtute, *Valentini Trocendorffii* (12), qui & Scholam

satis concedebat. In metricis autem eum multum ualuisse, & *Nazianzeni Versio* carmine expressa latio & alia ipsius Poëmata satis superque docent. Quippe qui pro Versione *Nazianzeni* a D. Imp. Rom. *Ferdinando* 500. florenos Hungaricos accepit. Pluribus uero de eo consule *Adami Vitas Ictorum p. m. 78. sqq.* & *Cunradi Silesiam Togatam p. 166.*

(12) De Illustri hoc Scholae Aurimontanae olim Lumine euolue *Rollii seu Henrici Vitas CL. Virorum P. II. p. 27. sqq.* & *CL. Ludouici Historiam Rectorum & Gymnasiorum, Scholarumque Celebriorum P. I. p. 107. sqq.*

lam Goldbergensem plus triginta annis, Deo iuuante, feliciter gubernavit, & non solum studia discentium adjuuit, sed etiam multa Ecclesiarum Consilia rexit, ac genus doctrinae, quod probavit, ex hac *Catechesi*, quam ipse scripsit (13), intelligi potest, quam congruere cum Ecclesia Catholica Dei & Confessione Saxonicarum Ecclesiarum Pius Lector judicare poterit.

(13) Prodiit autem haec Catechesis A. 1558. ceu patet ex hac *Philippi* Praefatione ad *Heinricum*, Ducem Silesiae, Cal. Octobr. A. 1558. scripta; Confer *Gregorii Richteri Judicia Melanchthoniana p. 878.*

FINIS.

II.

ΕΙΣΑΓΩΓΗ,

SILESIAE

Etymon, Natales, Originem, ſitum, Poſitum Coeli, Subjecta, Adjuncta &c. Breuibus & ſuccinctis Elegis repetens.

In gratitudinis erga Deum & Patriam Sileſiam commendatiſſimae μνημόσυνον.

In Rerum publ. earundem Ornamentum.

In Obſeruantiae perpetuae Documentum.

In ſtudiorum meorum commendandorum Argumentum.

miſſa & dedicata

a

M. SIMONE GRISBECIO,

Brigenſi Sileſio, Eccleſiaſte Wartembergenſi.

Francofurti Marchionum,

Typis Friderici Hartmanni, Bibliopolae.

Anno MDCXIII.

Arma Sophoclaeo describant digna cothurno,
Magnanimos alii facta Ducesque canant.
Pyramides multi ductas ad sydera laudent:
Hic Mausolaei nobile iactet opus.
Triptolem uolucrem proclamet Achaja currum,
Quo nulli tactam primus obiuit humum.
Jactet Achillaeas tumefacta Pelasgia bigas,
Ante quibus Zephyros ibat & ante Notos.
Me iuuat Elysiae causas tentare latentes:
Nam rerum non est omnibus unus amor;
Et Patriae laudes tenui uulgare Thalia:
Calliope coeptis grandibus ergo faue.
Est caducifero, qui temperat astra galero,
Artis & ingenii qui solet esse dator,

Slesia

Positus ad Cœlum.

Slesia spiciferae subjectaque uirginis astro
Aequa quam sequitur Libra bilance comes.
Scilicet Erigone nec non Athlanticus Hermes,
Clemens syderei temperiesque Poli,
Excitat ingenii uires, cellasque cerebri,
Et mores iunctos cum grauitate parit.

V. 20. cum grauitate parit) Audiamus *Curaeum in Annalibus Silesiae p. m. 264.* sic scribentem: *Astrologi arbitrantur eam* (scil. Silesiam) *subjacere Virgini & Mercurio. Nec ab ea coeli aërisque constitutione ingenia hominum multum diuersa sunt, quae ut plurimum media sunt inter sanguinea & melancholica. Ideo plerumque in illis, qui doctrina & usu exculti non sunt, cernitur naturalis quaedam tristitia, morositas, δυσωπία, uel subagrestis quidam pudor. Verum ubi accedit cultura, ex liberali institutione & assuefactione, apparet, ingenia nostrorum hominum non solum optime esse omnium artium capacia, uerum etiam accipere ea elegantem quandam dexteritatem ad res manas efficiendas, & plurimos adiutos literis, cum splendore & ubertate quadam, animi cogitata exponere & proloqui posse: sicut*

Etymon Sileſiae.

A nato Jauanue Jauisue Nepote Japheti
Eliſa, clarum nomen adepta duce.
Paphla-

ſcimus praeſtantiſſimum D. Philippum ſaepe familiari ſermone Sileſiis facultatem oratoriam tribuiſſe. Quod ſi addam ego, bellicoſos eſſe Sileſios, & ad conſerenda praelia, depoſcendaque pericula audaces, ſed ſine mala malitia, mente candida & ſimplici, magisque falli, quam fallere aptos, nihil, opinor, falſi dixerim cum *Henelio in Sileſiographia Renouata cap. VI. p. 670.*

V. 22. Eliſa) Sunt qui noſtris Sileſiis, ut nomen, ſic ortum ab Hebraeorum *Eliſa*, quem *Jauanis* filium, *Japheti* Nepotem, *Noachi* Pronepotem fuiſſe *Moſes in Geneſi cap. X. v. 2. 4.* tradit, attrahunt. His conſenſum praebet *Curaeus l. c. p. m. 12.* Et *Jacobus Schickfuſius Chron. L. I. cap. II.* Confer tamen *Illuſtriſſ. Scholiaſten* ad *Henelii Sileſiogr. Ren. cap. I. p. 84.* & *Hankium noſtrum in Antiquit. de Sileſior. Nominibus cap. X. p. 61. ſqq.* Et *in Antiquit. de Sileſior. Majoribus cap. I. II. & XI.* Vbi illam Elyſiorum Nominis originem hebraicam minime approbant. Conſule quoque Animaduerſiones noſtras ad *Melan-*

Paphlagonum genus acre, Virûm Mauortia proles,
Arctoo ſedes quaerit in orbe nouas. Origo.
Euxinum Pontum (Maeotis murmure leni
Exonerant in quem ſe Tanaisque rapax)
Trajicit, aſſiduum per inhoſpita ſaxa, per Alpes
Noctes atque dies continuauit iter:
Atque uago certis ſine ſedibus orbe uagatur,
Errabunda ſuo cum lare plauſtra mouet.
Hinc gens Martipotens HENETVM ſortitur auitum Heneti.
Nomen, quam νομαδὲς Lingua Pelasga uocat:

B 2 Quo-

lanchthonis Commendationem Sileſiae n. I. & ad *Kittelii Encomium Sileſiae n. IV.* Nec non ad *Schurtzfleiſchii Lemmata Hiſtorica Sileſiaca §. 1. ſqq.*

V. 31. Henetum) Errat noſter cum *Curaeo*, *Goldaſto*, *Balbino* & aliis, qui *Venedos* cum *Henetis* confundunt; Vid. *Hanckius in Antiq. de Sileſiorum Rebus cap. I. p. 6. ſqq.*

Quorum fama uiget terrarum nota per orbem,
Eoo roſeus qua rubet axe dies:
Qua iubar occiduo condensque ſub aethere Titan,
Flammea luciferis frena reſoluit equis.
Finibus e Litauumque Boryſtenidumque Rutenis
Ac deſolatis accola tendit agris
Ad iuga Carpathi, ripasque binominis Odrae,
Et loca, quae trucibus Sarmata bobus arat;
Turbine cum coeco mundum Bellona rotaret,
Attila terrigenis terror & horror erat;
Veteres incolae. Elyſiam ueteres Ligii, Quadique, Manimni,
Marſigni clari, quam tenuere Luii;

Mar-

V. 44. Luii) De ueteribus his incolis euolue *Hanckii Antiquitates de Sileſiorum Majoribus* & *Scholia* ad *Kittelii Encomium Sileſiae n. I.* Poſteaquam autem haec Regio exhauſta fuit perpetuis migrationibus populo-

Marte sato, Lecho Duce, quo pugnacior alter
Non fuit, incoluit, sub Joue uertit humum.
Errantem siluis eduxit in oppida turbam,
Sarmatico tribuit nomina nota solo.
Scilicet Elysiae tellus subjecta Bootae,
Culta Lycaonio Maenalioque polo,
Horrifer arctois Boreas erumpit ab antris,
Voluit ab axe nives, turbine pulsat humum.
Nam procul amoto frigus glomerabile Phoebo
Per coeli tenues fingit inane niues.
Nec minus & Zephyrus genitabilis incitat undas,
Axe sub Hesperio lenia flabra mouet.

Quo duce Heneti Silesiam incoluerunt.

Venti, quibus Silesia exposita est.

pulorum, creberrimis bellis & tyrannide Attilae, occuparunt eam *Sarmatae Lechidae* Seculo VI. circiter Annum 550. Et cum *Quadis* & *Lygiis* ibi remanentibus in diuturna uixerunt Societate, ceu patet ex *Hanckii Exercit. de Silesior. Rebus cap. I. p. 18. sqq.* Et ex *CL. Frid. Wilhelmi Sommeri Silesia ante Piastum*, Vratisl. 1720. 8. edit

Longitudo & Latitudo.

Longa patet ſtadiis bis denis atque trecenis,
Lata decem dolichis dimidioque tribus.
Haec iuga Carpathi qua parte recedit ad Eurum,
Jugera Sarmaticae, Lechiadumque ſolum:

Latus orientale.

Regnaque Pannoniae, quae Rheticus irrigat Iſter,
Quaeque pharetrigeris ſunt habitata Getis,

Occidentale latus.

Tangit. At Heſperium, qua Sol declinat ad axem,
Proſpectat fines Luſata terra tuos:
Marchiacasque plagas a limite nomen habentes,
Quas uidet ex alto Maenalis urſa polo.

Meridionale latus.

Ad iuga Zechiadum qua frigidus ingruit Auſter,
Quorum defendit candidus arua Leo:
Quas Marcomanni ſedes tenuere coloni,
Quos Antoninus milite fregit ouans,

Promi-

Prominet. At Boreas rapidos rotat impete fluctus — Septentrionale latus.
Qua, foecunda solo Sarmata prata iacent.
Progignit montes celsoque minantia coelo — Montes.
Culmina, nubifero uix adeunda loco.
75. Carpathus celsus caput inter nubila condit, — Carpathus. Zabothus.
Aequat & albicomis sydera summa iugis. — Mons gigantaeus.
Zabothusque Gigantaeus, Gretzusque Riphaei — Gredetzus. Riphaei.

 Sude-

V. 75. *Carpathus)* Ad extremos Ducatus Teschinensis fines supra Iablunckam Silesiam aliqua ex parte Montes *Sarmatici*, a *Ptolomaeo* Karpates dicti, tangunt, qui exinde uersus meridiem longissimo tractu in Hungariam procurrunt, Germanisque ob id das Ungarische Gebürge, id est, Juga Hungarica audiunt; *Henelius l. c. cap. II. p. 160.*

V. 77. *Zabothus)* Inter montes in medio Silesiae sitos princeps est Sabothus & uicinis peregrinatoribus quandam uel cominantis

Sudetes Mons D.Georgii. ACVTVS. Mons Boberstein.

Sudetesque, Sacer Diue George tibi,
A tellure Sigillata celebratus, ACVTVS,
Monsque LAPIS BOBERI, TAEDIFER astra petens.

Lu-

tantis uel ſubſequentis praebet imaginem. Propterea etiam *Zottelenſis*, eliſisque duabus literis, *Zottenſis* nominatus uidetur *Franciſco Fabro in Sabotho uerſu 203. de Sabotho:*

Noſtrates uocitant pro re tractuque SEQVACEM.

Nam Sileſiis zotteln eſt ire, mitzotteln eſt comitari, nachzotteln eſt ſubſequi; Vid. *Hankii Antiq. de Sileſiorum Nominibus cap. V. p. 20. ſqq.* Hunc montem non minus ſignate quam eleganter nominatus *Faber*, Vratislauienſis Ciuitatis olim Secretarius, in laudatiſſimo Poëmate, quod *Sabothus* inſcribitur & in quo Res Sileſiae primarias protulit, deſcripſit. Celebrarunt hunc quoque *Henelius* Ejuſque *Scholiaſtes l. c. cap. II. p 137. ſqq.* Nec non *Fechnerus in Syluis Elyſiis p. 7. ſqq.* Et *Jo. Blauſus in Parodia ad Phaſelum Catulli p. 64.*

Ib. Gigantaeus) Montium Sudetorum in Sileſia eſt caput, proprie der Rieſen-Berg dictus:

Kinast. Luxuriant culmis nix indurata recumbit,
Gorgone ceu nisa diriguere gelu.

dictus: ex quo coelo sereno longe lateque patet in Silesiam & Bohemiam amoenissimus prospectus. Qui hunc montem ascenderunt, & obseruarunt, caeteros circumiacentes montes, respectu huius, quasi pygmaeos esse fatentur:

Sie sagen vor gewiß von diesem hohen Berge,
Er sey ein grosser Rieß, die andern Berge Zwerge.

Laudauit hunc *Fechnerus l. c. p. 2. sqq.* Conf. *Kittelii Encomium Silesiae*, ibique *n.* XIX. Vbi de spectro, huic monti infesto, agitur.

Ib. Grezusque) Arce Ducali, quae nunc destructa, olim coronatus; *Fechnerus l. c. p. 16.*

Ib. Riphaei) Hi sicut ad plura loca ob magnitudinem pertingunt, sic aliis atque aliis vocantur nominibus: qua enim Bojemiam respiciunt, & hanc a Silesia procursu suo tanquam natiuo muro separant, *Bojemici*, illis ipsis autem Boiemis *Cercaessi*, aliis *Riphaei, Gigantaei*, & quod magnam anni partem niue, siue niuium potius senio canescant, *Niuiferi Mont*. audiunt,

das

Minera-lia. Quippe fouent large latebrosis aurea uenis
Vlcera, Mygdoniae queis superantur opes.
85. Aere tumet rudilo, cupro, solidoque metallo,
Quod coquit aurifabri septima testa foco:
Argento, plumbo, chrysite, molybdite spuma,
Et ferro, cuius mollis in igne rigor.
Eque

das Böhmische Riesen, oder Schnee-Gebürge; Vid. *Henelius l. c. cap. II. p. 151.*

V. 78. Sudetesque) Sunt pars amplissimae illius uastissimaeque Syluae Hercyniae, & Boiemicis superstructi iugis ipsam Boiemiam undique includunt; *Henelius l. c. cap. II. p. 150.*

V. 79. Acutus) Germ. dicitur der Spitz-Berg, Silesiae Pyramis; *Fechnerus l. c. p. 15.*

V. 80. Astra petens.) Descriptionem horum & aliorum Silesiae montium optimo dispositam ordine legas apud *Henelium l. c. cap. II. p. 132. sqq.*

V. 84. Superantur opes.) Pluribus de Silesiae metallis infra egi ad *Kittelii Encomium Silesiae n. XIII. sqq.*

Eque cauernosis minii chalibisque lacunis
Effluit & nitri squama corusca rubet.
Floribus haec tellus, plantis & gramine gaudet,
Aureolas herbas poeoniasque parit.
Hinc praebent valles gratissima pabula brutis,
Agros, rura, solum fertilitate beant.
Nec minus irrigui decurrunt montibus amnes, Flumina.
Vortice qui rapido concaua saxa rotant.
Odera Carpatho quo non piscosior alter Viadrus.

Nasci-

V.97. Odera) Inter fluuios Silesiae primarius est *Odera* siue *Viader*, cuius nomen ortu *Sclauicum* statuit *Dlugossus*, *Curaeus*, *Henelius* aliique; Verum id nomen non *Slauicam* sed *Germanicam* habere originem, docuit *Hankius in Exercit. de Siles. Rebus p.38. sqq.* Antiquis, ipsique adeo *Ptolomaeo* audit *Sueuus*, & hinc *Grisbecius* hunc supra *v.39. Binominem* uocat; Conferatur *Henelius l. c. cap. V. p. 544. sqq.* Ejusque *Scholiastes*, qui ibi *Hankium*, per *Sueuum Spreuam* in *Antiquitatibus de Silesior. Maiori-*

Plinio Guttalus.

Nascitur, Elysiam mercibus implet humum.
Retibus unde trahunt captos ad littora pisces,
Qui calamo tacita fallere nocte solent.
Alluit Oppeliam, Brigam, celebremque Budorgin,
Steinam, Glogouii moenia cincta minis.
Rura Columneis Ducibus dominata serenis,
Ad freta Vandaliae Balthica flectit iter.

105. Su-

ioribus p. 17. intelligentem, solide refutat. De fontibus Viadri, ambagibus ejus, Vrbibus, quas alluit, & ostiis, quibus in mare influit, eleganter scribit *Fechnerus l. c. p.* 29. *& p.* 35. *sqq.* Qui legi meretur. *Guttalum* uero *Plinii* esse *Oderam* contra *Hadr. Junium* id negantem *Cluuerius* in elaboratissimo *de Germania Antiqua* Opere *L. III. c. XLIX.* & *Cellarius in Geographia antiqua Lib. I. cap. V.* euidentissimis argumentis dederunt comprobatum.

Sudetum ſcatebris, madidis erumpit arenis,
Albis, in arctoas praecipitatur aquas.
Iſtula uiſceribus Carpathi deſilit imis,
A Gracho pulſat ſtructa Theatra duce.
Boberus & lutris per Saxa uolutus abundans,

Albis in finibus Silesiae inter iuga Sudetum oritur.

Iſtula.

Boberus

Sle-

V. 106. Albis) Albis fontes equidem omnes limitibus ſuis adiudicare conantur Bohemi; Verum illam oriri intra fines Sileſiae & quidem in montibus Riphaeis uariis ſcriptorum teſtimoniis adductis comprobat *Henelii Scholiaſtes cap. II. p. 125. ſqq.* Et hinc merito *ibidem cap. V. p. 594. ſqq.* Sileſiae omnibus annumeratur.

V. 109. Boberus) De hoc & reliquis Sileſiae fluviis conſule, praeter *Fabrum* & *Henelium* noſtrum, *Nicolaum Polium* in Hiſtoria Incendiorum Sileſiae *p. 211. ſqq.* *Anonymum* in Potamographia Europaea, Vlmae 1672. 12. edit. Et *Fechnerum* l. c. p. 31. ſqq. Inprimis uero de Eluuione Catti legi meretur *M. Dauid Namslerus* von Ergiessung der Katzbach; *Dan. Vechnerus* in

Orat.

Slesica piscosis irrigat arua uadis.
Landshuttum, Cupri, Cerui, resonante susurro,
Culmina, Bolslai moenia celsa lauat;
Claraque latomiis Leobergica iugera, Sprottam,
Post Crosnae Viadri cornua miscet aquis
Quissus. Quissus arenosis Sudetum uoluitur antris,
SeparatElysiisLusata prata iugis.
Fridbergam, Lissam, Laubanum, culmina Gryphis
Perluit, in Boberi murmure fertur aquis.
Chrysoridis, CATTVS, Ligium iuga Schönauiumque
Irrigat & lapsu per caua saxa sonat.
Isera, Oupa. Isera praecinctus fagis & spumifer Oupa,
Miscentur tumidis, corniger Albis, aquis.

Influit

Orat. de Eluuione Catti & *Benedictus Paullinus* in Epist. ad Jo. a Bibran, Equitem Silesium, eadem de re scripta. De fluuiis Silesiae auriferis uero adi *Kittelii Encomium Silesiae*, ibique *N. XXII. sqq.*

Influit in Viadrum ualles emensus & agros
Nissa rapax, uariis flexibus arua secans. Nissa,
Bartha Dracopyrgum tangens & Steina, Biela. Bartha, Steina, Biela,
Moenia Bregaei Principis Ola ferit. Ola.
Lenifluente sono Teschenam praeterit Elsa; Elsa.
Turriginae Sprottae nomina Sprotta dedit. Sprotta,
Montibus ebullit thermas & Zacus inundat, Zacus,
Weida uadis pagos, Moraque, Wartha, rigant. Weida, Mora, Wartha.
Fontibus adde lacus muscoque uirentia stagna, Stagna & lacus,
Pinnigero quam pisce natantur aquae.

Desine

V. 131. Lacus) Non pauci in Silesia sunt lacus, iique ambitu & amoenitate spectabiles, quorum piscatu nihil aut iucundius, aut fructuosius. Inter eos autem non postremi *Cunicensis* & *Coischwizensis* in Ducatu Lignicensi sunt loci; *Henelius cap. V. p. 618. sqq.*

Deſine mirari fluuios o Pannona tellus:
Itale quid cantas flumina? Galle lacus?
Euganeas iactet thermas Aponumque ſalubrem
Antenor, cuius frondet oliua iugo.
Iſtricolae laudent medicantia balnea Budae:
Omnibus his certat Sleſia foeta uadis.
Thermae. Fumat aquis calidis, & ſpumant ſulphure lymphae,
Quae reparant uires, noxia membra leuant.
Cuius enim ſtomachus ſumptam male digerit eſcam,
Seu quoque tabificus corpora languor habet:
Siue graues uires morbus populetur anhelus,
Sanus erit calidis quando lauatur aquis.
Felices nimium quoque terque qvaterque colonos,
Irri-

V. 139. Spumant ſulphure lymphae) Inter Sileſiae calidarum aquarum uberrimas ſcaturigines inprimis celebrantur *Hirſchbergenſes*, de quibus uide *Kittelii Encomium Sileſiae*, ibique *N. XXX.*

Irrigat hic quorum ferudus humor agros. Siluae.
Hic etiam ſiluae pandunt ſua brachia circum,
Lignaque ſuppeditant materiemque focis.
Floriferae ſurgunt Victorum praemia palmae,
Et tiliae molles Heliadumque nemus.
Glandibus annoſis curuatur Chaonis arbor,
Conigerisque uiret pinus odora comis.
Fraxinus hinc haſtis, abies hinc nauibus apta,
Fontis & amnicolae ſurgit amica ſalix.
Si ſaltus numerare iuuat, ſi luſtra ferarum,
Sleſia uix terram, qua ſuperetur, habet.
Hic ſatyri ludunt, nemorum ſecreta colentes,
Et Fauni ducunt laeta per arua choros.
In quibus ad belli ſoboles florente ſub aeuo

Venationes.

Praeparat heroum se grauioris opus.
Hic iuga montis adit, saltus indagine cingit,
Ille feras ferri cuspide sternit humi.

Pecora.

Mille cauernosis errant in montibus agnae,
Mille boues pratis, mille morantur equi.
Herbida per ripas depascunt prata Juuenci,
Velligerae carpunt fertile gramen oues.
Silesiis praebent uelamina mollia, lanas,
Et certant pecori Sicelis ora tuo.

Hinc

V. 162. Cuspide sternit humi) Venatores strenuos esse Nobiles Silesios uidere est apud *Henelium cap. IV. p. 387. sqq. Et cap. VIII. p. 585.* Atque ob id *Ordinem aurei Cerui Venatorium* ultimus ex Piasteorum antiquissima familia Dux *Georgius Wilhelmus* instituit, de quo lege *Gryphium* in Tr. von Geist- und Weltlichen Ritter-Orden *p. m. 368. sqq.*

Hinc sale durati, pressi, quoque massa coacti
Lactis spumantis flumina larga fluunt. Lacticinia.
Molle liquamen & agresti cum lance retractum,
Cum Phrysio certat Suecia cumque tuo,

V. 172. *Cum Phrysio certat*) Butyri & caseorum Silesiae commendationem habet *Henelius cap. IV p.* 447. *sqq.* Inprimis uero in *caseos ouillos Silesiae* extat elegans *Tobiae Sculteti* ad *Melpomenen Horatianam* Parodia, quae legitur *Num. XCIII.* apud *Casp. Cunradum,* qui Parodiarum ad *Horatii Flaccii Melpomenen* uariorum auctorum & argumenti uarii Centuriam integram, cum Appendice Parodiarum ad *Od. IX. Lib. III. Horat. Carm.* a se collectam, & *Dan. Bucretio,* Patricio ac Physico Vratislauiensi inscriptam, *Olsnae MDCVI.* 8. publicavit. *In Decadibus* quoque *quinque Parodiarum* a diuersis auctoribus ad *PhaselumCatulli* scriptarum, quae ex *Bibliotheca Henelii* cum *Andreae Senftlebii Notis Philologicis Lipsiae MDCXLII.* 8. prodierunt, legitur iam nominati *Senftlebii Caseus Ouillus Silesiacus p.* 74. *sqq.*

Et producit equos, Elaeo carcere missos,
Quos iuuat assuetos martia castra sequi.
Castalio, celebris quam gaudet Apolline Delos:
Quamque decora suo Gnosia terra duce:
Slesia tam Cereris Bacchi genetriceque foeta
Gaudet & innumera fertilitate cluit.
Vbere rura Canopaeo pinguissima glebae,
Laudibus haut certant arua beata tuis.

Fertilitas soli.

Fertilis uberibus campis & gaudet amoenis,
Omnibus utilium rebus abundat opum.
Rusticus exercens terram ruralibus armis,
Attrito feriens pingue ligone solum:
Foenore multiplici respondent arua colono,
Et cadit incurua falce resecta Ceres.

Luxu-

Luxuriant ſegetes, exultant frugibus arua,
Falciferasque petunt culta labore manus.
Hinc liquor Enneae Cereris gratiſſimus, humor
Cum lupulo coquitur concoquiturque probus. Cereuiſiae.

V. 190. Concoquiturque probus) Optimis & ſaluberrimis cereuiſiis hodie accenſeri ſolet *Strigouienſis*; quamquam non deſint, qui illam cenſeant flatulentam, cauendamque iis, qui ſedentariam exercent uitam; Celebratur quoque *Goldbergenſis*, *Oppauienſis* & *Suidnicenſis* amara, quae olim non tantum ad uicinam *Bohemiam*, *Poloniam*, *Luſatiam*, ſed & *Hungariam*, *Budam* uſque, ubi etiamnum *Taberna Suidnicenſis* uiſitur, euecta fuit; Laudem quoque meruit olim *Steinauienſis*, an uero triticea fuerit, an hordacea, nobis non conſtat. Illud autem, quod *Curaeus* & *Schickfuſius* de *Conrado* Principe Steinouienſi ſcribunt, quod A. 1303. dictam cereuiſiam Archi-Epiſcopatui Salisburgenſi praetuliſſet, uel dignitatem illam ideo reſignaſſet, quod iſthic Steinauienſi cereuiſia abſtinendum fuiſſet, fabu-

Vina. Celsa racemifero uestit iuga Bacchus amictu,
Qua sol emeritis frena resoluit equis.

Vitae

---

iam sapit, ut bene aduertit *Christophorus Gewoldus in Addit. ad Tom. I. Metropolis Salisburgensis Hundii.* Sed quid de *Schepusio* sentiendum, quae inter triticeas Vratislauienses praecipuam habet laudem & uulgo Schöps appellatur? Laudarunt hunc potum salubrem *Joh. Sprembergerus*, Med. D. & Physicus Vratisl. in Consilio suo *de Peste* A. 1555. edito; Vt & Auctor opusculi: Gründliche und nützliche Erklährung, was des Breßlauischen Bieres, oder Schöpses, beste Eigenschafften seyn; Nec non *Joh. Matthaeus Wackerus* in hac elegantissima pariter & iucundissima *ad Melpomenen Horatianam Parodia:*

Cui tu, Scepsiade, *semel*
Guttur Bresliaco * *nectare tinxeris,*
Illum non Acheloja
Tentabunt gelido pocula flumine,
Non crudi leuis amphora
Rheni Baccarico semine proluet

---

* Alludit ad uulgare dicterium: Breßlauer Bier ist der Schlesier Malvasier.

Vite coronatas Bacchaea degrauat ulmos,
Edit arenoſo uina probata ſolo.

Potorem, neque Creticos
Aut quos uua replet Oenotria, ebriis
Guſtabit labiis cados,
Sed quem Bresla liquorem e lupulo coquit
Byne triticea indita
Curis ſollicitum triſtibus eximet.
Breslae Principis Vrbium
Jam tum me ſoboles inter obeſulos
Potorum numerat greges,
Et iam uentri onus uix tumidi fero.
O Cereuiſiola aridi
Quae ſedas rabiem, Scepſia, gutturis,
O ipſi quoque Tantalo
Exſtinctura feram, ſi liceat, ſitim!
Totum muneris hoc tui eſt,
Quod ſol ſiue oriens, ſiue iterum cadens,
Me ſemper madidum uidet.
Quod nunquam eſurio, nec ſitio, tuum eſt.

Confer *Dornauii Amphiteatrum Sapientiae Socraticae joco-ſeriae T. I. p. 627. ſqq.* Vbi *Georgii Joachimi Rhetii de 12. ſignis Zodiaci ac cereuiſia Vratislauienſi* jocum ex Poëmatis *Caſparis Bruſchii* inſeruit. Sed laudi

Apenninigenae Rheni uix gignit ad undas,
Qualia Vangionum consita uitis humo.
Horti. Foetibus & lucent septi uiridantibus horti
Fructifero liquidae fonte rigantur aquae.
Dulcibus exculti radicibus atque frutetis,
Quas alibi nusquam Teutona gignit humus.
Expirant suaues auras & floribus halant,
Quales Hesperidum fama fuisse refert.
Hic ramosa vineta uigent & amata uoluptas,

Thes-

di Schepusianae coronidem imponat uersus, ut antiquus, sic notus:

Scheps Caput ascendit, nec scalis indiget ullis,
Sessitat in stirnis, mirabilis intus in hirnis.

Pluribus vide *Henelium* tum *in Bresllographia p. 79. sqq.* tum *in Silesiographia Renouata cap. VI. p. 740. sqq.*

Thessala cui parilem non habuere loca.
Vallibus irriguis gignit Pelusia lina, Commercia lini.
Quae sua cultori commoda plura ferunt.
Idmonis ut celeri fuso contendit Arachne,
Et uersata leui murmure fila trahit:
Incola libratum uersat sic turbine fusum,
Exonerat longa stamina plena colo
Accumulat uarii glomeramina pendula fili,
Quae rotat artifici Daedaliaque manu.
Quae uarias & longinquas uenduntur in oras,
Auehit & plaustris accola Belga maris.
Lintea texuntur uario distincta colore,
Carbasus & tenuis nauibus apta citis.
Spuma maris longis ab Iberi mittitur oris, Salinae.

Assidua refluo littore lecta manu;
Fecibus igniuomis feruens purgatur ahenis,
220. Commoda Silesiae plura salina parit.
Partitio in 15. Ducatus. Adde tot excelsas urbes, ter quinque Ducatus,
Sle-

V. 220. Salina parit) Neque sal factitium seu artificiale, neque fossile seu natiuum habet Silesia: sed eo aduentitio utitur, ex vicina cumprimis Polonia & Salinis Saxonicis huc importato; Praeterea uero in ipsa quoque Silesia ex maris excremento quodam ad littora & scopulos appulso atque huc aduecto (quod uulgo *Boy*, Meer-Saltz & Plinio *Spuma arida maris uocatur)* in Glogouiensi Ducatu infra Bethaniam loco, qui uernacula lingua a Sale Neusaltz nuncupatur, certo artificio decoquitur; Vid. Marpergers Schlesischer Kauffmann *p. 311. sqq.*

V. 221. Ter quinque Ducatus) Hodie Principatus numerantur septendecim; & quidem *Ratiboriensis*, *Oppauiensis*, *Carnouiensis*, *Teschinensis*, *Oppoliensis*, *Olsnensis*, *Glogouiensis*, *Crosnensis*, *Saganensis*, *Suidnicensis*, *Jaurouiensis*, *Monsterbergensis*, *Vratis-*

Slesica queis passim condecoratur humus.
Inde tot extructae lapidum compagibus arces,
Assyriis nimbis culta theatra nitent;
Nobiliumque domus; regalia tecta Baronum,
Oebaliis fulgent marmoreisque tholis.
Annua Principibus quae uectigalia soluunt,
Caesaris aut noscunt sceptra uerenda Pii.
Aëriis summo se uertice nubibus infert,
A Vratislao nomen adepta duce.

Vratislauia & Ducatus.

Ampla

tislauiensis, *Lignicensis*, *Brigensis*, *Wolauiensis* & *Nissensis*; Vid. *Henelius cap. II. p.* 173 *sqq.* Ibique *Scholiastes* ut & *CL. Dewerdeckius in Silesia Numismatica p.* 362 *sqq.* Vbi inprimis de Wolauiensi Ducatu Dubia quaedam mouet.

V. 230. *A Vratislao*) Vratislavia, primaria Silesiorum Vrbs, unde nomen acceperit, quem-

Ampla situ, surgunt quadrato moenia saxo,
Moenia Martigena non capienda manu.
Guttalus ambit aquis huic Olaque cornua miscet.
Amnis in Arctoum qui mare fertur aquis.
Collapsam renovans cultum dedit huicque nitorem
Carolus Heinrico Caesare natus auo.
Templum Dorotheae sacrum fundatur 1353.
Instituit saxo templi fastigia, sacra
Dorotheae, dignum Caesare condit opus.
Sarmata Mislaus coecus genetricis ab aluo

quemque conditorem, & quem annum natalem habuerit:

Historici certant & adhuc sub Judice Lis est.

Vid. *Hankius in Exercit. de Silesior. Rebus cap. VII. p. 141. sqq.* Et *Henelius in Breslographia cap. II. p. 8.* Nec non *Polius in Historia Incendior. Silesiae p. 18. sqq.* Consule quoque Notata nostra ad *Philippi Commendationem Silesiae n. III. sqq.*

Qui satus, ac fato lumen adeptus erat,
Cespite congessit templum Smogrense, scholamque,
Et cultus abolet, dissona sacra Deo.
Numinis ignaras gentes Idola colentes
Ad Christi primus duxit ouile sacrum.
Post monachus faciens Casimirus Vota cucullo,
Clu-

Collegium Canonicum a Miesslao fundatur.

Silesia ad Christum conuertitur 965.

V. 241. *Templum Smogrense*) Vid. *Kittelii Encomium Silesiae*, ibique *N. XLI.* & *XLII.*

Ib. Scholamque) Euolue *Eundem l. c.* & ibi *n. LIV.*

V. 244. *Duxit ouile sacrum*) Addatur *Idem l. c.* ibique *N. XXXIX. sqq.*

V. 245. *Casimirus*) Erat hic *Mieslai II.* Silesiorum PolonorumqueDucis filius & antea Ordinis Benedictini Monachus apud Gallos Cluniacenses, primus inter Silesiorum Duces Eruditionis cultor; Qui a gentibus suis ad capessenda Patriae suprema gubernacula uehementissima contentione euocatus, a summo Pontifice certis pactis ad Sceptrum e Claustro dimis-

Cluniacis antris qui reuocatus erat:
Transtulit huc sedes (ardent altaria fibris
Impositis) sacras, intemerata foco
Munera libauit, templis indixit honorem,
Ac onerat larga limina sacra manu.
Dein Jaroslaus quem sacra Tiara redemit,
Stirpe

Collegium Cathedrale seu Canonicum Vratislauiam transfertur A. 1052. A quibus locupletatur.

dimissus fuit; De quo euolue *Hankii Exercit. de Silesior. Rebus cap. VIII. p. 216. sqq.* & *Curaei Annales p. 38. sqq.*

V. 251. *Jaroslaus*) Celsissimi Silesiae Principis *Boleslai Alti* filius & Episcopatus Vratislauiensis Praesul ordine XVIII. Qui Nissensem Vrbem a Patre sibi attributam, cum oppidis, arcibus, villis & uniuerso adeo territorio, primo statim suae gubernationis anno, hoc scilicet pietatis intuitu, ne in manus fratris consanguinei *Henrici Barbati* ueniret, Episcopatui Vratislauiensi jure sempiterno adjunxit & addixit: Vid. *Henelius cap. II. p. 178. sq.* Et *cap. VIII. p. 69. sqq.* Et *Dewerdeckius l. c. p. 723. sqq.*

Stirpe Piaſtea nobiliore ſatus,
Ignibus imponens libamina, deſtinat aris

(a) Meehouius L.3.c.39.

(a) Niſſam, ſacrificis extra crematque focis.

255\. Sic Pretislaus donis altaria ſtruxit,
Grotgouienſis agri mœnia ſponte dedit,
Ordine conſurgunt auro fulgente coronae,

Cui

V. 255. Pretislaus) Hic Grotgouiam cum uniuerſo diſtrictu a *Boleslao III.* Lignicenſium ac Brigenſium Duce A. 1341. emit, & Cathedrae Vratislauienſi adiunxit. Erat autem *Nankeri* Epiſcopi in Epiſcopatu ſucceſſor & *Caroli IV.* Cancellarius, a quo etiam ob territorii Grotkouienſis poſſeſſionem, Homagio praeſtito, *Sileſiae Princeps Ligius* declarabatur, imo, quoniam Eccleſiaſtico iam tum Politicus ſtatus poſtponebatur, coeteris Sileſiae Principibus praeponebatur; Vide *Hankium de Sileſiis Indigenis Eruditis cap. XVIII. p. 87. ſqq.* Et die Vergnügungen müßiger Stunden *P. III. p. 101. ſq.* Nec non *Henelium l. c. cap. VIII. p. 93. ſqq.* Vbi uita *Pretislai* noſtri *de Pogarella* ſatis fuſe deſcripta reperitur.

Cui triplici circum tempora, cuique comas.

Collegium S. Crucis 1288. Vota DEO soluens CRVCE de Collegia condit

260. Heinricus nomen de Probitate ferens.

Coenobium Coenobium Petrus fundarat origine Danus,

Vin-

V. 260. Heinricus) Teste inscriptione sepulchrali, quae ibidem in Choro legitur:

Anno Domini 1288. in die S. Bartholomaei magnificus Princeps Henricus IV. Probus Dux uulgariter dictus (der milde Fürste) *debellauit potentiam Ruthenorum, Cracouiensium. Etenim eodem die manus Domini erat cum eo. Anno Domini 1290. in uigilia Johannis Bapt. obiit idem magnificus Princeps Dominus Henricus IV. Dux Slesiae, Cracouiae & Sendamiriae, qui fundauit istum locum ad honorem omnipotentis Dei, ac uiuificae Crucis Christi. Orate pro eo.*

Vid. *Grunaei Pericula Monumentorum Silesiae p. 11.*

V. 261. Petrus) Huius Historiam, qui fuit Comes Polonorum Scrinnensis e Vlastiorum familia progenitus & Silesiorum Praefectus Vratislauiensis, curate tradit

Hanckius

Vincentii ſacris deſtinat author opus. S. Vincentii.

D Sic

Hankius in Exercit. de Sileſior. Rebus cap. XI. p. 381. ſqq. Mortuus obtinuit ſepulcrum in *S. Vincentii* Monaſterio ab ipſo condito & monumentum cum uxore *Maria* marmoreum, cuius haec Inſcriptio:

Hic ſitus eſt Petrus, Maria *coniuge fretus:*
Marmore ſplendente, Patre Wilhelmo *peragente.*

Scripta & ipſi fuerunt Epitaphia quaedam incerto auctore apud *Henelium in Breslographia p. 17.* obuia.

V. 262. Vincentii ſacris) Exſtruxit autem Coenobium hoc ante portam urbis Vratislauienſis arenariam totum lapideum, magniſque reditibus dotatum *S. Vincentio* dicauit & Monachis Benedictinis contulit: Quorum primus Abbas, cum id per *VValtherum Zadoram*, Epiſcopum Vratislauienſem, praeſente *Matthia* Cracouienſi Epiſcopo, A. 1149. conſecraretur, *Rudolphus* fuit: Pro quibus *Benedictinis* nigris uero A. 1219. candidos ſuſcepit *Praemonſtratenſes*: Qui poſtea, deſtructo hoc monaſterio a Vratislauienſibus A. 1529. metus Turcarum tunc Auſtriae Metropolin Viennam obſidentium praetextu, intra ipſam urbem in *D. Jacobi*

Coenobium D. Mariae in arena.

Sic Adyton sanctum sterilique locauit arena,
Aras sacrauit Diua Maria Tibi.

265. Sum-

---

cobi ab *Henrico Pio* A. 1240. condito monasterio, quod postmodum iterum *D. Vincentii* nomen induit, locum magis tutum acceperunt, ceu tradit *Hankius* ex *Antiquitatibus de Vratislauiensibus Monasteriis MStis* secum communicatis *in Exercit. de Silesior. Rebus p. 184. sqq.* Secundum quem *Dlugossus*, *Curaeus*, *Henelius* & alii falluntur, statim ab ipso *Petro* Coenobium Praemonstratensibus traditum credentes.

V. 264. *Diua Maria*) Alterum templum *Petrus* ad Vratislauiam, intra Insulam, quae nomen *Arenae* sustinet, *S. MARIAE* dicauit, cui postea Coenobium per *Petri* uxorem *Mariam* ejusque filium *Suentoslaum* accessit, Regularium Ordinis Augustiniani Canonicorum Monachis concessum. In eo spectabile monumentum, quod *S. Mariam*, Christi matrem, sedentem repraesentat, huic ad dexteram *Maria*, *Petri* uxor, templum offert: ad sinistram filius *Suentoslaus* adstat supplex, additis uersibus:

Has, Mater Veniae, Tibi do MARIA MARIÆ;

Has

Sumptibus Heroum delubra uidentur aperta
Kurtzbachium CLARAE celsa dicata sacrae.
Arcibus aequandas haec splendida continet aedes,
Arctoo nec habet terra sub axe parem.
Siue peregrinas merces, seu commoda ruris,
Seu numerum populi, Numina siue patrum:
Munera seu Cereris celsiue palatia templi:

Coenobium S. Clarae.

Has adfert aedes SVENTOSLAVS mea proles.

Vid. *Hankius in Exercit. de Silesior. Rebus p. 385.* Et *Henelius in Breslographia p. 17 sq.*
V. 266. Clarae) Coenobium hoc, Virginibus Ordinis D. Clarae sub Abbatissae disciplina uiuentibus dicatum, circa Annum 1260. construxit & necessariis fundis opibusque instruxit non *Kurtzbachiorum* gens sed *Anna*, *Henrici Pii* uxor, quae & isthic in *D. Hedwigis* sacello sepulta iacet miraculisque claruisse dicitur; Vid. *Henelii Breslographiam p. 19. sqq.* Vbi uero in anno fundationis errorem errat.

Caeſaris aut Caſtrum: ſiue Lycaea ſcholae:
Siue quis artifices, ſeu tecta ſuperba columnis,
Siue requirat opes, ſeu Themidosque lares.

Comitia Ducalia celebrantur Vratislauiae.

Huc Trabea Quirinali cinctuque coruſci,
Acciti tendunt, conſiliisque uacant.
Confluit adueniens & feſſus ad atria ciuis,
Elyſii late quam patet orbis honos.
Caeſaris auſpiciis illuſtris origine Princeps,

Praeſes totius Sileſiae.

Praeſidet his oris fasque forumque regit:
Hic leges populis, Patribus dat iura uocatis,
Euſebiae cuſtos Eunomiaeque tenax.

Camera.

Hic Proceres Camerae vitas & crimina diſcunt
Sileſiae, ſubeunt Caeſaris hicque uices.
Namsla, Novumque forum celebris mandata Budorgis

Feſti-

Festinant, studio jussa tenace colunt.
Vallibus undique Nissa jacet munita profundis, Nissensis Ducatus sedes Episcopi.
Quam regit Elysio Praeses in orbe sacer.
Tempora purpureus cui cingit operta Galerus,
Qualem cardinei nominis ordo gerit.
Surgit ab antiquis Lygiis urbs condita, septa Lignicensis

V. 291. ab antiquis Lygiis) Sunt quidem, qui originem urbis Lignicensis putant esse Slauicam, & hos inter *Polius in Historia Incendiorum p. 157.* Vbi ex antiquo MSto quodam uerba citat sequentia: *Fuerunt tres fratres. Vnus nomine Czech, qui fundauit Bohemiam. Secundus Crock, qui construxit Cracoviam, & originauit Poloniam. Tertius Lech, qui fundauit* LECHNITZ, *quae ciuitas dicitur* LEGNITZ, *& plantauit totam Sleziam.* Verum horum de Lignicii Etymo opinionem merito explodunt *Hankius* in Antiq. de Silesiorum Maioribus cap. X. p. 30. sqq. *Dewerdeckius* l. c. p. 309. & 667. *Mosemannus* in

Ducatus. Moenibus & foſſis praeſidiisque
virûm,
Diues opum, populoſa uiris, domi-
busque ſuperba,
Quae Catti fluuii pulſa feritur
aquis.
295. Principis arce Piaſtei nitet atque Du-
catu,
Planicie gaudet, fertilitate ſoli.
Templum Cathedrale Lignicii Wenceſilaus ubi Princeps faſtigia
templi
Eduxit

Originibus Lignicii & alii, Lignicii Ety-
mon a Lygiis petitum uindicantes.

V. 297. Faſtigia templi) Templum hoc *Cathedrale*, die Thum-Kirche, *S. Sepulchri* nomine inſignitum prope arcem & portam Glogouienſem olim conſpicuum iam uero dirutum, ſaepiſſime cum *Johanneo*, der Stifft-Kirche, confundunt Scriptores noſtri *Polius*, *Lucae*, *Henelius*, *Buckiſchius* aliique, & *VVenceslaum* non illius ſed huius templi conditorem firmiter ſtatuunt, & ad confirmandam ſententiam Inſcriptiones haſce ibi obuias adducunt:

Inſcriptio ſaxi ſub ara:

ANNO DNI. MCCC. LXIII. SE-
CVN-

Eduxit coelo, Relligionis amans. fundatur 1348.

C 4 Ipsius

CVNDO DIE M. JVNII OBIIT INCLYTVS DVX WENCESLAVS. DNVS. LEGN. FVNDATOR PRÆSENT. ECCL.

Inscriptio saxi in pila:

A. D. M. CCC. XLVIII. FVNDATVM ET DOTATVM EST ISTVD COLLEGIVM PER INCLYTOS PRINCIPES, WENCESLAVM ET LVDOVICVM FRATRES, DVCES SLES. DNOS IN LEGNITZ ET IN BREGA.

Vide *Mosemanni Origines Lignicii* §. *XVI.* Ast uero pro certo affirmandum est, in *D. Joannis* templo esse equidem duo haec saxa, alterum sub altari, quod Venceslai & uxoris eius statuam ostendit, alterum in pila prope fores: Et esse utrumque publicum illius aedis monumentum, sed aliunde & quidem ex templo Cathedrali ante eius demolitionem huc translatum, prout rem affirmat *Dewerdeckius l. c. p. 271.* Praeterea Templum *Johanneum* iam A. 1294. *Henricum V.* cognomine *Obesum* uel *Crassum* habuit conditorem & *VVenceslaum* demum A. 1341. Amplificatorem, teste *Eodem l. c. p. 355.*

Ipsius ossa cubant & contumulata quiescunt
Hic, Boleslao qui patre natus erat.
Celsa struit saxo, Ludouicus amore salutis,
Hic Carthusano templa domosque gregi.

Cœnobium Carthusianum 1413.

Chry-

V. 302. Carthusano templo) Carthusiam hanc, quam ex Erphurdensi colonia in Lignicensem inductam fuisse dicunt, posteri ex hoc ipso Duce descendentes aboleuerunt timoris praetextu, ne, si a Vienna, quam A. 1529. obsederat Turca, hic ipse superueniret in Silesiam, adeoque Lignicium, vicinia hac hostis improbus ad incommodationem urbis Lignicensis abuteretur, quae contra quamcunque potentiam Tyranni se omnino defendere pararet. Interim tamen fortunas, quas magnifice erogauerat in praefatam fundationem *Ludouicus* Dux, non in suorum sed in pauperum conuerterunt usum, prout uidere est apud *Dewerdeckium l. c. p. 342. sqq.* Tumulauerunt uero hunc suum fundatorem A. 1436. Patres Carthusiani in sua Ecclesia, adornantibus funus magnifice haeredibus patrue-

Chrysoris, Hanouium, fasces Lubena uerentur
Principis, & Gretzus Parchuiciensis ager.
Briga potens opibus, turritis ardua muris,
Quam uagus irriguis Odera pulsat aquis,
Ciuibus egregiis habitata grauique senatu,
Flore Virûm felix Marte Togaque potens.
Condidit hic Princeps Collegia sacra Johanni Collegium Canonicum

D 5 Lu-

truelibus, annotante *Crugerio in Pulveribus sacris;* Vbi et *de Carthusia Lignicensi* pluribus agit.

V. 309. Collegia sacra Johanni) De cuius fundatione *Matthias de Mechouia Chron. Polon. Lib. IV. c. 28.* hunc in modum scribit: *A. D. 1369. Ludouicus Dux Bregensis ad honorem S. Joannis* (seu potius *S. Trinitatis*, si uera tradit *Buckischius in Prolegomenis* der Schlesischen Kirchen-Geschichte *p. 29.*) *Baptistae & S. Hedwigis Collegiatam Ecclesiam, & certum Canonicorum numerum in Brega instituit: impetrato a sede*

Aposto-

Brigae fundatur 1369. Moenibus primum cingi coepit 1297.

Ludouicus Diuo Trittauiaeque piae
Hedwigi. Primo ſumptu Suidnicius heros
Boleslaus ubi tecta ſub aſtra locat;
Molitur ſedes, muris circumdedit urbem,
Deſignat ſulco moenia tuta ſitu.
Gymnaſio celebris, templis exculta decoris,
Salui-

Apoſtolica Priuilegio, ut Decanus illius ſolennibus diebus mitra utatur, Pontificali & baculo &c.

V. 312. Boleslaus) Qui erat eo tempore liberorum *Henrici Craſſi* tutor; Vid. *Henelii Sileſiogr. Renou. cap. VII. p. 59.*

V. 315. Gymnaſio celebris) De quo infra ad *Kittelii Encomium Sileſiae n. LXII.* fit mentio. Gymnaſium uero iſtud A. 1564. extrui coeptum & A. 1569. perfectum, memoriam Fundatoris ſupra Portam ſcholae in haec uerba celebrat:

Illuſtriſſimus, & omni laude pietatis ac uirtutis erga Deum & homines praeſtantiſſimus Princeps ac Dominus D. Georgius II., uero Populo ſuo ſecundus, atque Patriae Pater, in Sileſia Lignicenſis & Bre-

Saluificum quibus in dogma
fidesque ſonat.
Fertilitate ſoli non ulli Strela ſo-
cunda,
Olaque quam rapidis Guttalus
arctat aquis.
Pitſchinum, Nimſchenſis ager,
Mons de CRVCE dictus,
Hernſtadium notum Winci-
giumque ferax:
Et Raudena Ducum, Wolauia
juſſa ſequuntur,
Najades & Satyri Guttalidum-
que Deae;

Ordine

Bregenſis Dux, hoc illuſtre Gymnaſium ut ueræ doctrinæ de DEo Patre, & filio ipſius Domino noſtro JESV Chriſto, & Spiritu ſancto, iuxta Prophetica & Apoſtolica ſcripta, Orthodoxæ Eccleſiæ Symbola, & Potentiſſimo Cæſari Carolo V. Auguſtæ Vindelicorum exhibitam Confeſſionem, atque ſanioris Philoſophiæ & omnium uirtutum domicilium ſit, Gloriæ Dei utili, & poſteritati ſalutari conſilio, Auguſtaque liberalitate, ac Dei inprimis propitii propter filium beneficio ædificauit, atque erexit, Anno benefici Saluatoris noſtri M.D.LXIV.

Stirps Ducum Ligio-Bregensium.

Ordine qui longo deſcendunt ſtirpe Piaſti,
Regibus arctois Sarmaticisque ſati:
Aſcaniaeque columnaeis heroibus aucti,
Quo-

V. 323. Stirpe Piaſti) Praeter Annalium noſtrorum conditores euolue *de Piaſto*, Sileſiorum Ducum Progenitore, *CL. Thilonis a Thilau*, Rectoris in Gymnaſio Bregenſi merentiſſimi, Diſputationem, quam *de Eo* habuit *Wittenbergae 1668.* Vt & *Seb. Aliſcheri Piaſtum octo ſeculorum Principem Sereniſſimum uerſibus celebratum Lignicii 1653. 8.*

V. 325. Heroibus aucti) Legi hic merentur *Dan. Czepkii Gynaeceum Sileſiacum Lygio-Bregenſe, Lipſ. 1626.* fol. excuſum, *Eiuſque Aſcania connubiorum vincula fato quaſi connexa cum familiis Illuſtriſſimis Domus Lygio-Bregenſis, Lignitii 1622. 4.* Vt & *Joh. Molleri Hiſtoriae Ducum Lignicenſium L. III. carmine elegiaco adornatae, Glogouiae 1621. 4.* Nec non *Chriſtophori Coleri Panegyricus virtuti & fortunae inclytarum affinium familiarum Ligiae & Anhaldinae dicatus, Vitembergae 1648. 4.* Adde *Simonis Grunaei* Augenſcheinliche Erweiſung der Ver-

Quorum laus implet ſolis u-
tramque domum,
Fulget in hoc tractu Benedicti
nomine clarum
Coenobium, ſtruxti quod Ca- Coenobi-
ſimire pie, um Leu-
Leubuſi, cumulas opibus Pelo- buſienſe
pisque talentis fundatus
1044.
330. O

Verwandniß der Hertzoge in Schleſien zur Liegnitz und Brieg mit den vornehmſten Kåyſern, *Lignitii 1610,* edit. Vltimus autem Piaſtaeorum Principum fuit *Georgius VVilhelmus*, Bregae A. 1675. extinctus. Proinde ab illius obitu Ducatus Lignicenſis, Bregenſis & Wolauienſis fiſco regio attributi fuerunt.

V. 329. Leubuſi) Monaſteria inter campeſtria Sileſiae, *Leubuſienſe*, in Ducatu Wolauienſi ad Oderam amnem eo loco, ubi Deaſter quidam, quem aliqui *Martem* fuiſſe ſuſpicantur, ſub Idolomania ethnica religioſe colebatur, ſitum, & a *Caſimiro*, Magno Poloniae Duce Sodalibus *D. Benedicti* ex Cluniacenſi Coenobio Anno 1044. ſiue ut alii uolunt A. 1050. huc translatis attributum, primarium eſt. Steterunt autem *Benedictini* in hoc monaſterio uſque ad tempora *Boleslai*, cogno-

Mechovius L. 3. c. 29. 330. O Rex o dignus perpete luce frui.

Exci-

---

gnomento *Alti*, Silesiae Ducis, qui in Eorum postmodum locum, quod a rigore regulae suae, quam uocant, deflexissent, florentes tum per orbem christianum *Cistercienses*, ad urgentissimas *Waltheri* Vratislauiensis Episcopi preces, e Portensi Saxoniae Coenobio exciuit, simulque *Casimiri* fundationem munifice per adiectas nouiter ditiones adauxit. Accidit ea virorum *Cisterciensium* euocatio, ac secunda uelutiDomus fundatioA.1150. Cuius confirmationes tamen A. 1174. demum emanarunt, unde & in *Tabulis Cisterciensibus* eodem anno 1174. dictum Coenobium fundatum legitur, quicquid etiam alii dicant, fundationem *Lubensis* Monasterii in praefatis tabulis pro Anno 1175. haberi; Vid. *Augustinus Sartorius in Cistercio Bis-Tertio p. 1111. sqq.* Et *Reuerendissimus Henelii Scholiastes cap. VII. p. 649 sqq.* Sepultus uero iacet *Boleslaus Altus*, alter domus, qua ad *Cistercium* translatae, Fundator, hic in medio Presbyterii sub lampade, quae die nocteque ardet, cum hac inscriptione:

ANNO DOMINI MCCI. VII. ID. DECEMB. OBIIT ILLVSTRIS

BOLES-

Excitat haud procul hinc Trebnici culmina Princeps Trebnicense

Hein-

BOLESLAVS DVX SLEZIÆ FVNDADOR LVBENSIS COENOBII.

Vid. *Grunaei Pericula Monimentorum Silesiae p. 42.*

V. 331. Trebnici) Coenobium hoc potens ac locuples, puellisque *Cistercienſis ſectæ*, ex Coenobio *Bambergenſi* huc translatis, ab *Henrico Barbato* attributum, initia ſua refert ad A. 1203, ceu patet ex *Legenda S. Hedwigis MSta*, ubi *cap. 6.* haec leguntur: *Maritum ſuis conſiliis & exhortationibus induxit, quod de propriis ſumtibus conſtrui fecit Trebnicenſe monaſterium Sanctimonialium Ordinis Ciſtercienſis. Cuius aedificationis expenſae, ſecundum quod a Procuratoribus Operis eſt computatum, aſcenderunt uſque ad Marcas XXX. circiter millia. Nam ſoli parietes praeter tectum, quod per totum clauſtrum de plumbo confectum uſque hodie permanet, Marcas conſtitiſſe XX. millia aeſtimantur. Fundatum eſt autem praedictum Templum & Clauſtrum ad Honorem omnipotentis Dei & glorioſae Virginis Mariae atque Beati Bartholomaei Apoſtoli Anno Domini MCCIII. dedicatum uero Anno Domini MCCXIX. Conſtructo quoque monaſterio ipſe Dux Henricus ad ipſius conſortis*

ſuas

Coenobium exstrui coepit 1203. Heinricus, cui cognomina Barba dedit:
Relligione Patrum tibi Bartholomaeë sacrata,
Quae data Virginibus sunt habitanda sacris.

Olsnensis Ducatus. 335. Fertilis Olsna minis ingentibus undique septa
Muro-

suae sanctae consilium dotauit & ditauit illud copiosis reditibus, qui sufficerent ad omnes sumtus necessarios Mille Personis & Hospitalitati continuae. Ipsa etiam Beata Hedwigis contulit eidem Monasterio Bona Dotalitii sui. Sanon scilicet (oppidum nimirum *Trebnicium* interprete *Cromero Lib. VII. Rer. Polon. p.129*) *cum uillis adiacentibus, mansos circiter quadringentos de optima gleba* (ohngefähr 400. Huben des besten Landes.); Pluribus de hoc Partheno Cistercio uide *Dewerdeckium l. c. p. 286. sqq.* Vt & *Henelii Scholiasten cap. VII. p. 594. sqq.* Verba *Sartorii ex Cistertio bistertio* adducentem; Nec non *CL. Sinapium in Olsnographia P. II. p. 612. sqq.*

V. 335. Fertilis Olsna) Huius Ducatus exactissimam nobis dedit descriptionem *CL. Jo. Sinapius*, tunc temporis Scholae Olsnensis Rector & Bibliothecae Ducalis Prae-

Murorum, gaudet pinnigeroque grege:
Fluminibus riguis, nemorumque uirentibus umbris,
Frugiferis ueſtit meſſibus arua Ceres.
Qua Boreas tonat ore minas, imbresque minatur,
Eſt prope Sarmatico limite iuncta ſolo.
Bernſtadium, Mons a ſtellis cognomine dictus,
Subiuga Principibus colla dedere piis.
Magnanimo Bojûm qui nati Rege Georgo,

Origo Olſnenſium Ducum a Georgio

Praefectus, *in Olſnographia*, Lipſiae 1707. 8. II. Voll. edit.

V. 343. Rege Georgo) Ducum Monſterbergenſium & Olſnenſium ex ſtirpe *Georgii* Regis Boiemiae oriundorum proſapiam penicillo poëtico breui aſt eleganti nobis delineauit *Georgius Tilenus*, quam *Poëmatibus eius* a *Jo. Mehlio* Lipſiae 1597. 8. editis, a *pag. 349.* uſque *363.* inſertam uidemus; Cum quo confer *Scholiaſten Henelianum cap. VIII. p. 275. ſqq.* Vt & *Si-*

Rege Bodebratio, cujus majores Germani Comites sub Friderico II. in Bohemiam uenerunt.

(Zechiadum regnum qui moderatus erat,
Stemmate Niddano Comitum prognatus auito
Kunſtadio genus & nomina clara trahens.)
Caeſare Fridrico titulos & dante tulerunt
Principis, Erneſto qui patre natus erat.
Guttalus undoſo qua gurgite proruit amnis,
Et qua Carpathus tollit ad aſtra caput:
Moenia

napium l. c. P. I. p. 135. ſqq. Nec non *Dewerdeckium l. c. p. 409. ſqq.* Vltimus Lineae Bodiebradicae fuit *Carolus Fridericus* A. 1647. demortuus, proſapiaque eius poſtmodum translata in Würtenbergicam, cujus celſiſſimae ſtirpis in Sileſia propagator erat *Syluius Nimrodus*, qui in matrimonium acceperat *Caroli Friderici* filiam, ad quam ex *Johannis Lucelburgici* Bohemorum Regis priuilegio Ducatus Olſnenſis tanquam feudum foemininum pertinebat; Vid. *Schurzfleiſchii Lemmata ad Sileſiam pertinentia* §. *XVII.* & *XX.*

Moenia consurgunt Cyclopum structa caminis
Teschenae, tumido quae ferit Elsa sono.
Ingenuis habitata viris, famosa ducatu,
Principe clara, loci commoditate ualet.
Turribus haut procul hinc urbs surgit Plessa, Baronum
Vnde Domus stirpem Promniciana trahit:
Quam petit Arctoas per adesas Istula cautes,
Qui secat Elysias Sarmaticasque plagas.

Teschinensis Ducatus.

V. 354. Principe clara) Vltimus Ducum Teschinensium erat *Fridericus VVilhelmus*, qui mortuus A. 1625. Ducatum suum, tanquam Regis Bohemiae feudum, *Ferdinando II.* & huius legitimis successoribus reliquit. Plura autem de his Principibus desiderantem ad *Genealogiam Ducum Teschinensium Eleazari Tilesii*, circa initia Seculi XVII. typis editam, ablegamus, quem & *in Tabulis suis Stemmatographicis* secutus est *Bohuslaus Balbinus*.

Jegendorffensis Ducatus.

Delia sylvarum custos Latonia virgo,
Subdola quae terris retia tendit apris:
Fingitur hic fixisse feras, & castra locasse:
Hinc a VENANDO nomen & omen habet.
Sed fallor, congesta uides non cespite tecta,
Non horrent foeno peruia, nonque Notis;
Erectos uerum muros ad sydera tollit
Vrbs antiqua situ, fertilitate uigens;
Vrget utrinque latus nemorum quam, frondibus atrum,
Marchio queis saeui fulmina frangit apri,
Vallibus irriguis, pratis & abundat amoenis,
Clara Columnaei sceptra Ducisque timent:
Cul-

V.370. Ducisque timent) Postquam uero *Johannes Georgius*, Marchio Brandenburgen-

Culmina Tarnuicii, Bethonia,
nota metallis:
Lubischii parent moenia, pra-
ta, nemus.
Vertice turrito Glogouia sydera
tangit
Aspera cui fruticum nomina spi-
na dedit,

Glogouiensis Ducatus.

gensis, motibus a *Friderico Palatino* excitatis nimium se immiscuerat, atque a reconciliatione, quam *Jo. Georgio I.* Electori Saxoniae debet Silesia, excluderetur, Principatus Carnouiensis ei ademtus, atque in *Carolum Lichtensteinium*, Oppauiensem Ducem, certis legibus translatus fuit; *Henelius cap. II. p. 192.* Praetensiones quidem in hunc Ducatum mouit Domus Brandenburgica, quibus tamen A. 1685. cum Circulus Suibusiensis a Diuo Leopoldo, quem breui post tempore redemit, Eidem cederetur, plane renunciauit; *Scholiastes Henelianus cap. II. p. 192. sqq.* Confer *Schurzfleischii Lemmata historica ad Silesiam pertinentia* §. XIX.

V. 374. Spina dedit) Nomen urbis Glogouiae Slauicum esse creditur, sic dictum a densis uepribus iuxta *Curaeum in Annal. p. m. 288.* Qua in re uero accusat Majo-
res

Diues opumque potens armis ac ubere glebae,
Ad Viadri gelidas structa sonantis aquas.
Campus odoratis florens circumiacet herbis,
Suauis in aprico gramine terra uiret.
Circuitu spaciosa suo, populosa frequensque,
Magnificas surgens tollit ad astra domus;
Praeside Caesareo celebris Tituloque Ducatus,
Caesareas auidis unguibus horret aues.
Attollit tectis arcem, quo iustior alter,
Nec

Arx Glogouiensis constructa a. 1260.

res nostros, quod non maluerint urbi attribuere nomen minus horridum, minusque ominosum.

V.375. Vbere glebae) Ideo haec iam olim commune horreum, & diues emporium multorum populorum nuncupata.

V.383. Arcem) Vid. *Curaeus l. c. p. 289. sqq.* Vbi in describenda Glogouia reliquisque eius

Nec bello major nec pietate
fuit,
Conradus Princeps ornauit le-
gibus urbem,
Et collapſa nouans imbrice
tecta premit.
Hic Templum donis opulentum
condidit amplis, Collegium Canonicum Glog. fundatus 1120.
Aerea cui ſurgunt limina nexa
trabe,
Bolslaus Criſpus, quo non pru-
dentior alter,

eius Ducatus ciuitatibus totus eſt. Arx uero ſiue caſtellum Ducum quondam, hodie Praefectorum ſedes, famoſa eſt fu- neſta illa turre, in qua ex mandato *Johannis* Ducis ſenatores incluſi, miſerabiliter periere.

V.389. Bolslaus Criſpus) Collegium hoc Canonicum adiuuante *Heymone* ſiue *Ymislao* Epiſcopo Vratisl. A. 1120. a *Boleslao Distorto*, Polonorum Principe fundatum, teſte *Hankio in Exercit. de Reb. Sileſ. p. 317. ſqq.* Poſtea *Conradus Glogouienſis* ex urbe, facta permutatione, in iſtam, ubi nunc eſt, Viadri Inſulam tranſtulit; *Curaeus l. c. p. 289.* Vbi tamen *Boleslaum*

Vladislao qui patre natus erat.

Templum D. Georgii.

Excitat Heinricus cognomine ſacra Georgo
Rapoldus Diuo templa domusque ſacras.
Incola praeceptis paret, nec iuſſa recuſat
Caeſaris, has urbes qui ditione premit.
Libertatis amans, ſtudiis aſperrima belli

Freyſtadium.

Vrbs, quam *Freyſtadium* nomine turba uocat,
Aggeribus geſtis, ſublimibus ardua muris,
Praeſidiis ualidis tuta, potensque minis;
Incluſere caui colles, nemus arbore cingit
Vndique quam nigra frugiferumque ſolum.

Arbo-

Criſpum filium cum patre *Boleslao Diſtorto* confundere uidetur. Quem errorem quoque *Grisbecius* noſter errat.

V. 391. Sacra Georgo) Et quidem ex ſpoliis hoſtilibus teſte *Curaeo p. 311.*

Arboreos foetus, ſuccos oblita priores,
Mala parit uariis germina picta notis.
Flore ſuperbit humus, meſſes & promit opimas,
Prata pruinoſo rore rigata uirent.
Hic, ubi decerpunt iterato gramina morſu
Mille boues, agni, lanigerique greges.
Hinc alit innumeros terrae clementia ciues,
Sincerae laudem qui pietatis habent.
Adiacet arx foſſis praecinctaque turribus altis,
Illuſtres olim quam tenuere uiri.
Gura Polonorum fines attingit ad Arcton, Gura.
Murmure qua Boreas creber oberrat humum.
Vndique quapropter perflatur liberiore
Aëre, qui montis uoluit ab axe gelu.
Quem tamen Auſtrino lenit de cardine Titan,
Ne Boreae frigus ruris aduret opes.
Elicit hic campus ridentia germina uultu,
Seminibus multa foetus abundat ager,
Clara foro frugum, quod ciuibus ampla miniſtrat

Commoda, nec cornu diuitiore caret.
Flauet honora Ceres, denſis circumdata ſiluis,
Agmina Pannificum plurima lana fouet.
Sprotta. Vepribus a rigidis exciſis Sprotta uocatur,
Boberus irriguis moenia ſtringit aquis.
Arx antiqua ſitu, multoque uetuſtior urbe
Stans Henetae prodit nomine gentis opus.
Humectant patulos hic flumina frigida campos,
Rura dapes, lucus ligna dat apta focis.

V. 425. Vetuſtior urbe) Si ex probabili coniectura iudicandum eſt, extructa eſt haec arx circa aetatem *Boleslai Curui* paulo poſt A. C. 1100. Nam in hiſtoria illius Principis ſcribitur, Eum, cum praeuideret bellum Bohemicum & Germanicum, multa loca idonea in Sileſia muniiſſe, hinc inde arcibus & propugnaculis extructis; *Curaeus p. 296.*

Pisce referta saporifero, sua munera frugum
Fertilis hic magno foenore soluit humus.
Vestales Nymphae sacris quae vota dederunt,
Hic sua per strepitu templa canente sonant.
Coenobium Virginum Sprottae.
Vallibus irriguis urbs collibus undique cincta
Thalloris a uiridi nomina Monte trahens,
Grünberga.
Pampineis uestita iugis, Bacchique racemis,
Gnosiaco profert aemula uina mero.
Vrbs priscis Sacis Sagani nomine dicta,
Saganensis Ducatus.
Qua

V. 432. *Templa sonant*) Sanctimonialium hoc Coenobium olim habebat Bethania, temporum autem injuriis postea Sprottam translatum est; *Idem p.* 297.

V. 437. *Priscis Sacis*) Vid. *Curaeus l. c. p.* 73. Alii a postulatione quondam telonii, Sag an, *enumera merces tuas*, deriuant: ignari nimirum, a uoce Slauonica *Zagon*, id

Qua Boberi Quiſſus praecipitatur aquis,
Turribus aſſurgit ſpacioſis moenibus ampla,
Martia quae poſſunt frangere tela minus;
Clara Ducis titulo, Cereali munere floret,
Promit humus largo commoda larga ſinu.
Spinoſis dumis & ſaltibus undique cincta
Latois quibus in caſtra Diana locat.
Structurae ferri ſtrident, incudibus ictus
Auditi referunt hic gemitusque ſonos.
Aeraque Cyclopum ſaxis exeſa caminis
Famo-

---

id eſt, lira agri, fluxiſſe; *Henelius l. c. cap. VII. p. 446.*

V. 445. Structurae ferri) De ferrifodinis & officinis ferrariis in agro Saganenſi & locis uicinis euolue *Fechneri Syluas p. 27. ſq.* Et *Chriſtophori VVinteri Deſcriptionem & Denotationem breuem fabrilium Sileſiae officinarum fodinarumque* carmine heroico expreſſam & *Vratislauiae* 1582. 4. editam.

Famosis, augent diuitis urbis opes.
Verberat astra minis arx moenibus undique cincta, Arx.
Cui Baro Kitlicius cum grauitate praeest.
Primislaus rerum quo tempore rexit habenas,
Tecta cuculligero sunt habitata grege. Abbatia Saganensis.

V. 452. *Habitata grege*) Fundata est haec Abbatia An. 1217. ab *Henrico Barbato* pro *Ordine Canonicorum Regularium S. Augustini*, primumque eiusdem Ordinis monasterium erectum fuit Neo - Castris (uulgo Naumburg) oppido in monte sito, & Sagano tribus leucis distanti, quod tamen monasterium paulo post infra montem translatum est in eum locum, ubi etiamnum Praepositura cum Ecclesia sub titulo B. V. in medio duorum fluminum, Boberae scilicet & Brißnitz, sita conspicitur. Ex illo loco denuo translatum est Saganum An. 1284. fauente Duce *Primislao*, qui mox etiam Jus Patronatus Ecclesiae Sagan. & aliarum in sub-urbio & uicinia ad eam pertinentium Abbati & fratribus in perpetuum dona-

Vrbs a Suionibus, caput inter ſydera condens

Suidni-

uit, ad quod ſtabiliendum eodem adhuc anno Confirmatio etiam Epiſcopalis *Thomae II.* p. t. Epiſcopi Vratislauienſis acceſſit; Vid. *Scholiaſtes Henelii cap. VII. p.* 447. Et *Polius in Hiſtoria Incendiorum p.* 183.

V. 453. *a Suionibus)* Varias *Suidnicii* Etymologias formant uarii. Nimirum alii a *Sueuis* S. *Sueonibus* ueluti ab antiquiſſimis huius loci incolis. Alii a Slauicae gentis quodam Heroë ethnico *Suebonitzky*, quem primum urbis faciunt fundatorem; Alii rurſus a Duce quodam ethnico *Suidnone*; Alii denique ab *apris*, quorum frequens iſthic olim uidetur fuiſſe venatio, donec circa Annum Dn. 1070. exciſis hoc loco ſyluis ligna in domos, ferarum ſaltus in hominum ciuitatem uerterentur. Vltima ex his Etymologiis *Henelio cap. VII. p.* 551. & *Dewerdeckio l. c. p.* 646. Penultima uero *Naſoni in Phoenice Rediuiuo* prae caeteris placet. In inſignibus urbis autem aper conſpicitur, hinc coniectura ſatis probabilis ab *apro* ei eſſe nomen, licet pudeat *Fechnerum in Syluis Elyſiis p.* 65. Ciuitatem noſtram ab apro deriuare; Nam ſciat is, urbem

Suidnicium, celsis conspicienda iugis, Suidnicensis Ducatus.

455. Dicta, viris opibusque potens Tituloque Ducatus
Insignis, turpi rusticitate caret.
Structuris, fama, studiis illustris, & arx stat

Colli-

urbem olim nobilissimam Trojam a spurcissimo sue quoque denominatam fuisse. Caeterum Suidnicensis & Jauravienfis Ducatus descriptionem nobis dedit iam nominatus *Ephraim Ignatius Naso in Phoenice Rediuiuo*, *Vratislauiae 1667. 4.* edito, sed in hoc, iudice *Gryphio in Apparatu p. 174.* Plura minatus est quam perfecit. Hinc & laruato *Lichtensternio in Corona Principum p. 359.* audit eine albere Beschreibung. De Suidnicio ipso autem extat luculentissimum pariter atque elegantissimum *Nicolai Thomae Encomium* carmine expressum & *Lipsiae 1597. 4.* typ. exc. Et fata eius tristia enumerant *Fridericus Scultetus in Iliade Malorum Suidnicensium* & *CL. Georgius Theophilus Asmannus in Troia Suidnicensium exusta*, quorum ingenii foetus coniunctim prodierunt *Vratislauiae 1719. 4.*

Collibus editior, ſol ubi prodit equos.
Foetibus arboreis, Ennaeis dotibus alma,
Ciue frequens, riuis largifluisque ſcatet.
Innumeras effundit opes foecunda benigno
Hic partu tellus, dulcia farra Ceres.
Wirbenſes Comites ſacrum ſtruxere Mariae

Coeno-

V. 458. Collibus editior) Hodie uero, deſtructa arce, Monaſterium ibi conſpicitur, id quod *a RR. Patribus Capucinis* inhabitatur & ornatur.

V. 463. VVirbenſes Comites) Horum Comitum antiquitatem magna diligentia ex uetuſtis familiae libris, aliiſque antiquiſſimis monumentis collegit & omnes *VVrbnarum* (ut Bohemi illos ſcribunt) lineas ad unam reuocauit originem *Balbinus in Stemmatographia*, ad quem Lectorem ablegamus. Hos uero cognomentum a *VVirbena* uico accepiſſe, tradit *Jo. Dlugoſſus in Vratislauienſium Epiſcoporum Vitis Num. XXIV.* apud *Henelium cap. VIII. p. 85.* Miror uero *Hankium* noſtrum,

Coenobium Diuae, concumulantque bonis. Coenobium Suidnicense.

465. Striga ferax margae gremio quam promit ACVTVS Striga.

F Mons

noſtrum, rerum patriarum alias indagatorem ſolertiſſimum, effugiſſe hunc pagum *in Sileſiis Indigenis p. 65.* Cum tamen dimidio milliari a Suidnicio diſtet, & *Coenobio Ciſtercienſium* celebris ſit.

V. 464. Coenobium) Id teſtatur etiamnum ſuperſtes ibidem Inſcriptio:

FVNDATORES HVJVS MONASTERII FVERVNT: DOMINVS STEPHANVS DE VVIRBENAVV, ET DOMINVS ANDREAS, DOMINVS STEPHANVS, ET DOMINVS FRANCISCVS DE VVIRBENAVV, QVOD REVERENDISSIMVS DOMINVS LAVRENTIVS, EPISCOPVS VRATISLAVIENSIS IN HONOREM GLORIOSÆ VIRGINIS MARIÆ CONSECRAVIT, ANNO DOMINI M. CC. XX. VI. IDIBVS SEPTEMBRIS.

Inhabitant uero illud *Patres Ordinis Minorum S. Franciſci Conuentuales*; Qui cum Auorum memoria digrederentur, Lutheranorum coetus permittente *Maximiliano II.* Imp. ad tempus ſacra ibi fecit; Poſtliminio tamen reuerſi ad illud, eorum uſibus reſtitutum fuit, quod iam ex

ruinis

Mons foſſae, Cereris munere culta ualet.
Foedere naturae ſecretae concipit herbis
Et uario foetu plena graueſcit humus.

Coenobium Strigae.

Hic paeana ſonant moniales uoce ſonora
Ac hymnos Nymphae carmina ſacra Deo.

Jauraviensis Ducatus.

Jaurauiumque Ducum priſcorum regia ſedes
Foecundi grauido foenore diues agri;

Coenobium

Coenobio celebris, ſpacioſa, uetuſtaque caſtro,
Quo

ruinis, in quas moles huius aedis tum uetuſtate, tum aliis temporum iniuriis potiori ex parte collapſa eſt, reſtaurare pro uiribus ſatagunt.

V. 469. Moniales) Eccleſiam hanc Sanctimonialium *S. Benedicti* extruxiſſe, fundaſſe atque dotaſſe *Beatricem* SileſiaeDuciſſam A. 1307. tradit *Naſo l. c.*

V. 473. Coenobio celebris) Monaſterium hoc *D. Franciſci* ſodalibus, qui uulgo *Bernhar-*

Quo Procerum lectus conglomeratur apex. Jaurauiense.

475. Praepetis armigeri Jouis, albentisque Leonis
Perfruitur iussis, Enthea iura capit;

 Prae-

hardiani appellantur, ab *Johanne* Episcopo Wardiensi & Praefecto Silesiae A. C. 1492. aedificatum, uel ut alii uolunt, A. 1486. aedificari coeptum & A. 1489. paratum est: Cuius fundator postea A. 1492. ipse tiara cum amplissimis dignitatibus posita, spontaneam paupertatem amplexus & *S. Francisci* Ordinem Vratislauiae ingressus est; Vid. *Henelius cap. VII. p. 229.* & *cap. X. p. 906. sqq.*

Ibid. Vetustaque castro) Non exiguum arcis huius, in qua ut quondam Duces ipsi degere soliti, sic hodie Praefectus utriusque Ducatus residet, per complures annos fuit ornamentum *BIBLIOTHECA NOSTITZIANA*, librorum copia, & raritate cimeliorum, numorumque pretio, nec non instrumentis geometricis permultis celebris: Quae uero ab illustri huius thesauri possessore adhuc uiuo in praedium suum praeclarissimum *Lobris* translata est, ubi & hodienum asseruatur.

Praesidis & monitis coniunctus uterque Ducatus
Paret, Caesareas qui subit ipse uices.

Boleslauia.

Clauditur excelsis muris Bolslauia fortis,
Quae Boberi tumidis usque rigatur aquis.
Arx iacet hic munita loco, munita praealto

Fons uiuus Boleslauiae.

Vallo, fons uiuus ejaculatur aquas;
Quem

V. 481. Arx) Quam exstruxit *Boleslaus Altus*, cui ortum & etymon debet *Boleslauia*, A. C. 1190. referente *Henelio cap. VII. p.* 41. Alii uero huius urbis originem *Boleslao Crispo* adscribunt; Qui autem cum *Henelio* Boleslaum Procerum primum faciunt fundatorem, tempus illud respiciunt, quo muris A. 1190. ciuitas cincta fuit, annotante *Scholiaste Henelii l. c. p.* 43.

V. 482. Fons uiuus) Lacus fere speciem magis habet, quam fontis, uulgo der Queck-Brunn, a uoce Saxonica Queck, quae pecus significat, quod eo aquatum duci solitum, nuncupatur; Accepit etiam

Quem minime ſiccat canis Erigoneus aeſtu,

jam *Regii Fontis* nomen, ceu edocet ſubſequens Epigramma:

Teutonice Queck-Brunn *me patria terra uocabat,*
Quod fuerim pecudum potus, amorque gregi.
At Ferdinandus, *qui regia ſceptra tenebat,*
1538. *Ex me cum liquidas forte bibiſſet aquas:*
Protinus obtinui REGIS *de nomine nomen:*
REGIVS *hinc ut* FONS *nunc ego jure uocer.*
Quae mihi laus major, quam ſi me calcis ab ictu
Elicuiſſet atrox Bellerophontis equus.

Circa A. 1545. fuit Doctor quidam Medicus, *Sebaſtian Kerntſchner*, qui ex hoc fonte argentum uiuum (Queck-Silber) extrahere uoluit, atque ab eo dictum fuiſſe ſomniauit. Caeterum *Queccum* Elegia non ineleganti celebrauit *Seb. Aliſcherus*, quae *Lignicii 1660. 8.* prodiit. Extat quoque inter Poëmata *Opitii* Sonulus Germanicus (ein deutſches Sonnet) in hunc fontem,

Non etiam fuſis imbribus auget hyems.

Leoberga. 485. Sic ſaxo *Leoberga* capax ceu marmore nulli
Cedit ſtructuris nec bonitate ſoli.

Hirſchberga. Mons & Ceruorum Zaco Boberoque rigatus
Sulphure fumantes ſpumat odorus aquas.

Fanum Bulconis. Et fanum caſtro celſo Bulconis adhaeret,

490. Landshuttum, Gryphis mons, Frideberga uirent;
Niſſa-

V. 487. *Mons & Ceruorum*) De Hirſchberga aliqualem notitiam nobis exhibet *M.* David Zeller in denen Hirſchbergiſchen Merckwürdigkeiten, Hirſchbergae 1720. 8. edit.

V. 488. *Aquas*) De Thermis Hirſchbergenſibus euolue *Kittelii Encomium Sileſiae*, ibique *N. XXX.*

V. 489. *Fanum*) Fanum olim Ethnicorum hic fuiſſe ueroſimile mihi uidetur, cum praeſertim tam *Henelio* quam aliis, locus iſte *Fanum Bulconis* uocetur.

Nissanam terram, quae Lusata
dicitur ora,
Contiguam tangit Zechia-
dumque solum.
Pollet in hoc opibus lucuples
Grissense Ducatu, Grissensis Abbatia.

 Quod

V. 493. Grissense) Quod si altius *Grissouii* initia repetamus, pertinuit locus ille prius ad *Benedictinos*, ex *Opatouicensi* Bohemiae Coenobio per *Henricum Pium*, Silesiae Ducem, *Diuae Hedwigis* filium, eo euocatos, qui aliquanto tempore ibidem subsistentes, eundem rursus *Bolconi* seu *Boleslao*, Suidnicensium & Jauraviensium Duci, *Boleslai Calui* filio, *Heinrici Pii* nepoti, *Henrici Barbati* pronepoti, pacto pretio uendiderunt A. 1289. adiecta a *Benedictinis* & accepta a *Duce* conditione, ut quandoquidem iam nuper *Henrici* Ducis & *Annae* coniugis eius uoluntate solitudo illa *Grissowe* nuncupata, diuino semel cultui esset destinata, nequaquam deinceps in alios profanos usus distraheretur. Extat hodienum Cessionis eiusmodi Instrumentum. Anno igitur post resignationem *Benedictinorum* tertio, qui fuit Christi 1292. praedictus *Bolco* Dux, aduocatis ex *Henrichouio* coloniis *Cister-ciis*,

Quod Princeps, priſcis nobilitatus auis,
Bolslaus poſuit, Barbato Principe celſo,
Heinrico Proauo qui generatus erat.
Et delubra nitent ſaxo fundata uetuſto

Beraunenſis Abbatia.

Beraunae, rebus rite dicata ſacris.

Monſterbergenſis Ducatus.

Munſterberga Ducalis erat, nunc ſceptra ueretur
Caeſaris, eſt ueterum nobilis arce Ducum.
Fertilis uberibus campis, Mauortis alumna,
Cui praebet flauens ſpicea ſerta Ceres.

Con-

---

ciis, pro iis *Coenobium Griſſouienſe* erexit; Vid. *Auctor Ciſtercii Bis-tertii* apud *Henelii Scholiaſten cap. VII. p. 679. ſqq.*

V. 498. Beraunae) Non in Sileſia, ſed in Bohemia celebre hoc *Benedictinorum* Coenobium, quod *S. Adalbertum II.* Epiſcopum Pragenſem conditorem agnoſcit, ſitum eſt; Vid. *Aub. Miraeus de Rebus Bohemicis p. 80.*

Condidit haud procul hinc
Heinrici fidus Achates
Nicolaus primi Zopyrus at-
que comes
Limina relligiosa DEI, fastigia
sacra,
Nomen ab illustri Principe
queisque dedit.
Camentzii cumulans oneratis
lancibus aras,

Abbatia Heinrichouiensis.

Abbatia Camencensis.

V. 504. Nicolaus) Fundasse id fertur circa A. C. 1222. *Nicolaus*, Vir nobilis & locuples, *Henrico Barbato* Duci a Secretis & Canonicus Vratislauiensis, qui religione tactus *Cisterciensibus* Monachis omne patrimonium suum transscripsit: extructumque iis Monasterium de nomine Principis, cuius liberalitati omne, quod habebat, acceptum ferebat, nuncupauit; *Henelius cap. VII. p. 661.*

V. 507. Camentzii) Circa A. 1094. s. 1095. Dux quidam Bohemiae, nomine *Bretislaus*, filius *Vratislai* primi Regis Bohemiae, facta excursione bellica in Silesiam, qua late potuit, ibidem est depopulatus. Vt autem, uertente belli fortunaeque alea, tutum quoddam, quo se reci-

Templa gregi ſacro ſacra ſocosque locat.

Oppelienſis Ducatus.

Vrbs antiqua Ducum ſedes Oppelia, qui dum

510. Ottocaro Bojum rege fuere ſati:

Collegium Canonicum Oppeliae.

Collegii fulget Cathedralis culmine: priſci

Quod

reciperet, haberet refugium, aedificauit ſibi intra Ducatum Monſterbergenſem caſtellum ad fluuium Niſſam, impoſito illi nomine *Camenz*. Regreſſus deinde in ſuam Bohemiam, ceſſit idem caſtellum praefatus *Bretislaus*, ſuo, ex ſorore, nepoti *Boleslao*; Vid. *Hankius de Sileſ. Rebus cap. IX. p. 261. & p. 280.* Succeſſu uero temporis caſtellum praenominatum tranſiit in Monaſterium, quod aliquandiu a *Canonicis Regularibus D. Auguſtini* coepit inhabitari, tandem uero urgente & cooperante *Thoma I.* Epiſcopo Vratislauienſi & auctoritate Pontificia, per pacificam compoſitionem, *Ordini* obtigit *Ciſtercienſi*; Pluribus uide *Henelii Scholiaſten p. 670. ſqq.* Fundator autem huius Monaſterii fuit idem *Nicolaus*, *Henrici I.* Cancellarius, referente *Polio in Hiſtoria Incendior. p. 114.*

Quod fundare Duces leni-fluentis aquas
Ad Viadri uitreas; ſyluis, lignis & abundat
Piſcibus, arce potens, Zechica regna timet.
Nec minus eſt celebris Ratiboria, clara Ducatu
Arceque, quo glaucis Guttalus errat aquis.
Inſtituit ſolido de marmore templa ſecundus
Thomas, cui cinxit ſacra tyara comam.
Extinctis Ducibus coniunctus uterque Ducatus,
Auſtriacas ad aues lege uolutus erat.

Ratiboriensis Ducatus.

Collegium Canonicum Ratiboriae.

Cosla,

V. 518. Thomas) Collegium hoc Canonicorum ſub tit. *B. Mariae Virginis* a *Thoma II.* Epiſcopo Vratislauienſi A. C. 1287. in arce, in memoriam hoſpitii ſui, quo confugerat, cum illum *Henricus Probus* perſequeretur, inſtitutum, ſucceſſu temporis ab *Johanne*, Oppolienſium Duce, *Wenceslao*, Epiſcopo conſentiente, conceſſum eſt.

Cosla, minor patet Glogouia, Streliciumque:
Tractum Caesareus Praeses utrumque regit.

Troppauiensis Ducatus.

Marcmannis uicina uiget Troppania, quae nunc
Est celsi titulo nobilitata Ducis.
Moenia quam vallant sulco conclusa capaci,
Quam decorat duplex amplificatque forum.
Germine quam uestit tellus, quam concitus Oupa,
Quamque pruinosis Mora pererrat aquis.

Canonica Collegia septem.

Condita muneribus largis Collegia quondam
A Canonum norma nomen adepta sacra.
Hic septem uides, Pariis suffulta columnis,
Magnifico cultu diuitiisque micant.

Nouem Abbatiae.

Abbatiaeque nouem ramos in limine figunt,
Munificae veterum quas pepêrere manus.

Octo-

Octonasque colunt Veſtales ſumptibus aras *Coenobia Virginum octo.*
Extructas ſacrae, thurea dona cremant.
Plenaque collucent fuluis altaria flammis, *Altaria.*
Vt Polus aſtrorum fulgidus igne micat,
Organa conuexo pendent ſub fornicis arcu, *Organa.*
Aemula pneumaticis Daedaliisque modis.
Vrbibus in cunctis & turribus aenea moles, *Αὐτόματα.*
Inſtar Pyramidum nobile ſurgit opus,
Sydera quod ſeptena mouet reuolubile ſphaeris,
Curſibus ambiguis quae uagus error agit.
Sydereas ſtellas imitataque machina coelum,
Facta Syracuſii creditur arte ſenis.
Pendula clara ſonant altis in turribus aera, *Campanae.*

Quae

Quae fracta feriunt astra recurua sono.
Verum Ciniphias citius numerabis aristas:
Oppida Silesiae quam tot amoena situ.
Oppida populosa numerantur CXX.
Quot Thebae portas, tot & oppida Slesia iactat,
Adde decem bis, quae sunt populosa uiris.
Pagi supra 18000.
Millia ter senos pagos & rura colonus
Inco-

V. 552. Decem bis) De numero urbium Silesiae euolue *Kittelium*, ibique n. XXXI.

V. 553. Ter senos pagos) Pagorum in Silesia magna est frequentia. *Helwigius*, *Schwenckfeldius* & *Schickfusius* ad XIX. millia numerarunt; *Henelius* autem putat uix 4761. ibi comparere; Alii nouem circiter millia pagorum in Silesia hodie reperiri asserunt. *Scholiastes* uero *Henelianus* eorum numerum caeteris iustiorem statuit, qui non multum supra, uel infra 6000. pagorum esse statuunt. Caeterum in urbium, castellorum & pagorum Silesiticorum numero enormem excessum erroremque committit Auctor libel-

Incolit, & curuo dente recludit humum,
Elysiam, rerum dominam, gentemque togatam
Imperio pressit, jura tenenda dedit,
Sarmata Lechiadesque Piastidesque Jagello,
Contiguus Moschis tum Nomadumque gregi; Poloniae regno subjecta fuit annos pene 860.

Et

libelli: Das Welt-berühmte Ertz-Hauß Oesterreich nach dessen Landen ꝛc. Vbi de Silesia sequentia leguntur: Sonsten soll es über 400. grosse und kleine Städte, bey neunthalb hundert Schlösser und 51112. Dörffer haben. Seductus sine dubio a *Polio nostro*, qui *l. c. p.* 4. haec tradit: Sonsten befinde ich anderwerts 411. Städte, 863. Schlösser, Adeliche Rittersitz und Herren-Höfe, 51112. Dörffer.

V. 557. Piastidesque) Fuit sane Silesia regni Poloniae a Lecho A. 550. conditi annos pene IↃCCCLX. Prouincia; Euolue *Hankii Exercit. de Silesior. ab A. C. 550. ad A. 1170. Rebus.*

Ib. Jagello) Vid. *Curaeus p. m. 115.*

Et ſine lege furit, nec erat medicina malorum,
Tollendi clades, bella minasque Ducum.
Sileſiae quare ſceptris excuſſus auitis,
Exeruit vires Teutonis ora ſuas:
Quas Procerumque Ducum trabeata corona repoſcunt,
Quae pertaeſa Thracum Sarmaticique jugi.
Interea regis renuêre lupata Poloni,
Locticus agnatos oderat ipſe Duces.
Semper enim Zechos inter mediique Polonos,
Ambobus belli praeda fuêre diu.
Rex Wenceslaus donec cognomine primus,
Qui Scythicae gentis contudit arma ſparis,
Junxit

V. 571. Foedere certo) Conſule *Schurtzfleiſchii Lemmata Sileſiaca* §. *XIV. ſqq.* Vbi haec omnia fuſius explicantur. Confer *Henelium cap. IX. p. 809. ſqq.* Et *Fabri Sabothum p. m. 16. ſqq.* Qui uero de hac Principum a Polonis abalienatione pro illorum temporum licentia durius loquitur

Junxit amicitiae potius ſibi foedere certo,
Quam ui perdomitos ſanguineaue manu.
Ante Duces alios Troppanus & Oppolienſis
Sponte ſua primi mox ſubiere jugum.

Silesia auulſa a Polonis facta eſt Regni Bohemici ſocia 1289.

Locticus interea luxu rex tempora fallit,
Deſidioſa malis ocia rebus agit.
Diſſidiis reliquos tandem fatalibus actos,
Peruigili cura ſub juga miſit ouans
Rex Bojum Janus, natus melioribus annis,
Lucelburgiaco qui patre natus erat.
Carolus, in lucem felicibus editus aſtris,
Caeſar, ab Aoniis non alienus aquis,
Submiſit Zecho Bojis contermina caſtra

Johannes Rex Bohemiae reliquos Ducatus ſubjicit. Carolus IV. Suidnicenſem & Jauranuienſem.

Bulconis, thalamo conciliatque nouo.
Wenceslaus. Wencesilaus & Elysias moderatur habenas,
Degener a vita deside nomen habens.
Sigismundus. Heinrico proauo Sigismundus Caesare natus,
Sub quo Vulcano traditus Hussus erat:
Austriacoque gener magnorum sanguine regum
Albertus. Albertus natus, dignus honore frui:
Ladislaus Posthumus. Ladslausque Solonigenis rexere capaces
Legibus has urbes, justitiaque sacra.
Georgius Bodebratius. Subjicit inferioris agros Bodebratius heros
Lusa-

V. 584. Bulconis) Consule hic *CL. Jo. Gottl. Milichii* Disp. egregiam *de Bulconis II. Ducis Silesiae, Suidnicensium Legislatoris Constitutione, de Successione ab intestato* & *Miscellanea mea Gentis Schaffgotschianae p. 22. sqq.*

Lusatiae Zecho, Slesica sceptra regit.
Hunniadumque decus Matthias, inclitus armis, Matthias Hunniades.
Qui Coraci titulos auxiliaris habet,
Conciliante Lupo Latio, juga flexit habenis
Slesica, constituit iudiciisque forum.
Vladislaus amans pacis bellumque perosus, Vladislaus.
Clemens his terris cum bonitate praeest.
Rexit agros patriae Ludouicus flore sub aeui, Ludouicus.
Quem Turcis uictum mersit iniqua palus.
Ferdnandus Diuus solio uenerandus eburno, Ferdinandus.

V. 602. Palus) Legas uelim hic *Stephani Broderici Narrationem de proelio, quo ad Mohatzium Anno 1526. Ludouicus Hungariae Rex periit*, quae prodiit cum Commentario *Jo. Casp. Khunii*, Argentorati 1688. 8.

Slesica Parrhasio climata pressa polo:

Maximilianus II. Rudolphus II. Matthias II.

Maximus Aemilius Caesar, victorque Rudolphus,
Matthias (numeret Nestoris oro dies)
Justitiae cum laude regunt, immunibus urbes
Juribus has dotant, praesidiisque tegunt.

Nostra

V. 608. Tegunt) Series regum Bohemiae, qui Silesiae imperarunt, legitur apud *Henelium cap. IX. p. 887. sqq.* & apud *Jo. Christ. Hallmannum* in der Beschreibung aller Obristen Hertzoge über das gantze Land Schlesien, Vratisl. 1672. 8. typ. exc. Quibus uero iam adde *Diuum JOSEPHVM I. IMP. Ostendunt terris quem tantum fata, nec ultra esse sinunt*, denatus d. 17. April. A. 1711. Jam autem Silesia felix uiuit sub *CAROLO SVO VI.* uere *AVGVSTO*:

Quo Caesare nil majus meliusue terris
Fata donauere, Bonique Diui
Nec dabunt, quamuis redeant in aurum
Secula priscum.

De quo lege *CL. Sommeri* glückseelige Schle-

Nostra sub Austriacis aetas uetus induat aurum,
Nec ferri maneant tristia signa super,
Et ramis redimita caput frondentis oliuae,
Pax villas, urbes, templa, scholasque colat.
Tecta superba tholis referam quid clara Baronum? Barones liberi.

Schlesien durch die unvergleichlichen Helden-Thaten Käyser Carl des *VI. Lipsiae 1720. 4.* edit.

V. 613. Clara Baronum) Comitibus ex usu communi fere aequiparari Barones ueterum testantur monumenta; Vid. *Besoldi Diss. de Comitibus & Baronibus Imperii Germanico-Romani* §. *19. sqq.* Sunt autem Barones hac tempestate satis multi in Silesia, quorum alii haud minus quam Principes Boiemiae regi immediate subjecti: quidam mediate. Inter eos, qui immediate, praesignis illorum dignitas, qui *Baroniarum Liberarum* nomine Status Prouinciae repraesentant. Tenent autem hodie dynastias illas, *Wartenbergensem* quidem Burggrauii Dohnenses;

Structa quid artifici Daedaleaque manu?
Nobilium genus Heroum quid ſanguine cretum
Antiquo, proauûm facta ſuperba crepans:
Et tabula numerans Heroum ſtemma capaci,
Et patrium geminans per ſua facta genus?
Ampli diuitiis, rerum moderamine clari,
Seu ſint arma domi ſeu capienda foris;
Hos inter celebris proſapia, ſtirpe uetuſta
Donauii. Inclyta Donauii ſtemmatis, atque genus
Kurtz-

Pleſſenſem Promnicii; *Milicenſem* Malzanii; *Trachenbergenſem* Hatzfeldii; *Bethanienſem* in ſuperiori Sileſia Ducatus Oppolienſis Henckelii; *Beuthenſem* in inferiore Ducatus Glogouienſis Schönaichii: Vid. *Henelius*, ejuſque *Scholiaſtes* *cap. II. p. 197. ſqq.*

V. 622. Donauii) Qui ſub *Burggraviorum* nomi-

Kurtzbachiûm clarum, quod origine floret auita, Kurtzbachii.

Promniciana uolans ſtirps ſuper aſtra uiret. Promnicii.

G 4 625. Rede-

nomine ueniunt, quorum uero praeter *Donenſes* in Sileſia nulli; Vid. *Henelius* cap. VIII. p. 446. ſqq. *Carpzovius* im Ober-Lauſitziſchen Ehren-Tempel P. II. cap. I. Vt & *Sinapius* vom Schleſiſchen Adel P. I. p. 21. ſqq.

V. 623. Kurtzbachiûm) De huius gentis familia, iamiam extincta, lege *Natanaëlis Tileſii Genealogie* der Freyherrn von Kurtzbach, Vratisl. 1602. edit. Vt & *Caſp. Vogelii* dedicationem *in Arma Militiae Chriſtianae* & praefationem *in Hiſtoriam Paſſionis Chriſti*; Nec non *Sinapium l. c. p.* 202. *ſqq.* & *Henelium cap. VIII. p.* 471. *ſqq.*

V. 624. Promniciana) Promniciorum generoſam familiam *Balthaſar*, Epiſcopus Vratislauienſis & uniuerſae Sileſiae Praefectus, ad illud faſtigium, in quo hodie eminet, perduxit; Vid. *Jo. Sam. Magnus* in der Einleitung zur Hiſtoriſchen Beſchreibung der Hoch-Reichs-Gräflichen Promnitziſchen Reſidentz-Stadt Sorau; *Henelius* cap. VIII. p. 136. ſqq. Vbi *Baltha-*

Rederiani. Maltzanii. 625. Rederiana potens armis, Maltzania proles,

A pul-

thasaris Epiſcopi & *p. 465. ſqq.* Vbi *Sigfridi I.* Ducatuum Saganenſium Hypothecarii & Conſiliarii Caeſarei intimi, elogium legitur; *Sinapius* l. c. p. 95. ſqq. & *Hanſi* de Rectoribus Magnificentiſſimis ex Sileſiis illuſtribus p. 6. ſqq. Conf. *Georgius Tilenus in Poëmatibus p. 560.* Vbi Epigramma in *Inſignia Promniciana* extat; Et *Martinus Opitius in Vita Kifridi Promnicii*, Bregae 1624. 4. ed.

V. 625. Rederiana) Rederorum gloriam celebrat *Henelius* cap. VIII. p. 426. ſqq. *Cunradi* in Sileſia Togata p. 238. ſqq. *Sinapius* l. c. p. 121. ſqq. Vt & *Meiſnerus Decade II. Equitum Sileſiorum honoribus Academicis fulgentium N. VII.* Ex hac uero gente *Fridericus L. B. a Rhedern* primus Camerae regiae in Sileſia erat Praeſes, quem male in Vratislauienſes animatum *Fr. Faber* acerbis dicteriis, ſub *Fauni* nomine, ſtylo & affectui nimium fortean indulgens, perſtringit *in Sabotho ſuo p. m. 31. & p. 38. ſqq.* De *Rota* Nobilium *a Rhedern* Inſigni euolue *Tilenum l. c. p. 562.*

Ib. Maltzania proles) Maltzanios, qui Sileſiam illuſtrant, ex Mecklenburgica terra huc translatos fuiſſe ſcribit *Henelius l. c.*

cap.

A pulchra quercu nobile no- Schönaichii.
men habens,
Gryphos habens ternos diademate, fronde bidentem
Sub patula, clypeo uersicolore trabes,
Gotschiadae gentis flos; Kitliciana propago Gutschii. Kitlicii.

cap. VIII. p. 469. sqq. in elogio *Joachimi* sen. *L. B. de Malzan*, cujus proauus *Bernhardus* Baronatus honorem in gentem suam primus intulit; Vid. *Sinapius l. c. p. 56. sqq.* De *Georgio* & *Joachimo* jun. *Malzaniis*, Rectorum Magnificentissimorum titulis olim in Academia Viadrina conspicuis euoluatur *Hansi l. c. p. 7. sq.* Et *Cunradi l. c. p. 181. sqq.* Hodie uero gens haec S. R. I. Comitibus adscribitur.

V. 626. a pulchra quercu) Schönaichiorum prosapia ferme primum in templo honoris occupat locum; Vid. *Henelius* c. VIII. p. 479. sqq. *Sinapius l. c. p. 148. sqq.* nec non *Dornauius*, qui praesertim *in Quercu Hieroglyphica* & *Euergete Christiano* praeclara Illustr. *Schönaichiorum* stirpis decora, inprimis autem *Gymnasii* literarum nobilissimi olim *Bethaniensis* fundatorem, *Georgium L. B. a Schönaich*, celebrauit.

Oppersdorffii. 630. Oppersdorffensis stirps generosa uiret;
Majorum titulis, fundis, insignibus, ausis
Fortibus, illustres sanguine, Marte, Toga.

Stem-

V. 629. Gotschiadum gentis flos) Vid. *Miscellanea* mea *Schaffgotschiana* Strigouiae 1715. 4. edit. *Sinapius* l. c. p. 130. sqq. *Henelius* cap. VIII. p. 474. sqq. *Cunradi* l. c. p. 259. Qui omnes multa laude digna de hac gente literis prodiderunt.

Ib. Kittliciana) De *Kitliziorum* armis & originibus lege praeter *Abr. Hermanni Praxin Heraldico-Mysticam P. II. Sinapium l. c. p. 129. sqq.* De uiris autem ex hac gente conspicuis euolue *Henelium* cap. VIII. p. 505. sqq. & *Cunradum* l. c. p. 151.

V. 630. Oppersdorffensis) Prosapiae huius illustrissimae originem antiquissimam & propagationem exponunt nobis *Henelius c. VIII. p. 393. sqq.* Vt & *Balbinus in Tabulis Stemmatographicis*; Necnon *Sinapius l. c. p. 89. sqq.* Elogium Georgii ab Oppersdorff, fundatoris Asceterii *P. P. Franciscanorum Conuentualium* in Glogouia minore ex *Crugerio* tradit *Scholiastes Henelii cap. VII. p. 170. sqq.*

Stemmata Nobilium virtutum laude coruſcant,
Sanguinis antiqua nobilitate cluunt.
635. Majores ſeri numerant tot ſtirpe nepotes
Quot uix ipſe ſatu Caeſar Jule tuo.
Zedliciana domus, cujus pars aucta Baronum

Nobiles innumeri, qui per multa ſecula floruerunt.

Zedlicii.

Eſt

V. 633. Stemmata nobilium) Ne mihi nimis excreſcant Scholia, & multis aethiopem lauare uidear, in ſubſequentium Comitum, Baronum & Nobilium recenſu parcior ero, praeſertim cum de illis ex *Papebrocio*, *Bucelino*, *Spenero*, *Balbino*, *Sinapio*, *Herrmanno* & aliis iamiam a me nominatis, notitia ſat ampla hauriri poſſit.
V. 637. Zedliciana) Zedliciorum laudes decantauit *Jo. Fechnerus*, Gymnaſii Magdalenaei apud Vratislauienſes quondam Rector, in erudito carmine, quod *Cattum* ſeu *Idyllion* uocat, honori meritiſſimo perantiquae, pernobilis & generoſae familiae *Zedliciorum - Neukirchiana* potiſſimum Domo ortae conſecratum & *Vratislauiae A.* 1664. 4. edit. Cum quo

con-

Est titulis, jussu Diue Rudolphe tuo,
Caesaribus Ducibusque fidem, dextramque probauit;
Cum magna Patriae laude gubernat agros.
Rechenbergii. Arbor opaca uiret Rechbergica, celsa Baronum
Frons clypeos chalybis nuper adepta fuit.

Nosti-

confer *Henelium cap. VIII. p. 538. sqq.* & *Sinapium l. c. p. 1046. sqq.* Add. *Cunradus l. c. p. 53. sq.* & *Hansi de Rectoribus Magnificentissimis ex Silesiis illustribus p. 10. sqq.* Vbi *Johannis Georgii a Zedlitz* mentionem iniicit, qui interfuit legationi patriae ad *Rudolphum II.* Imperatorem, quae, Anno 1609. diploma, quo libertas sacrorum rituum Euangelicorum stabilita fuit, quod tunc famoso nomine *Litteras Majestatis* appellabant, impetrauit; Nec non *Alexandri Sigismundi L. B. a Zedlitz*, qui A. 1612. Academiae Viadrinae Rector fuit Magnificentissimus, & cui *Jodocus Sincerus Itinerarium Galliae*, *Argentorati* 1617. 12. typis excusum, dedicauit.

Nosticii, Lestii, Gersdorffii Glaubicii-
que,

Hober-

V. 643. Nosticii) Nosticiorum patriam nostram exornantium laudes celebrauit *Christophorus Colerus* in Panegyrico Nostitziano *Ottoni L. B. a Nostitz*, Capitaneo Ducatuum Suidn. & Jaur. dicato; Nec non *M. Andreas Hempelius* in concione funebri *Georgio a Nostitz* A. 1664. habita & sub titulo: Nostitzischer Adel edita; Vt & Sinapius l. c. p. 68. sqq. & ex *Balbini Stemmatographia Henelii Scholiastes cap. VIII. p. 382. sqq.* Add. *Cunradus l. c. p. 202. sqq.* & *Meisnerus l. c. Decade II. n. VI.*

Ib. Lestii) In Insignia eorum lusit Epigrammate *Georgius Tilenus*, quod legitur *in eius Poëmatibus p. 563.* Et elogium *Adami a Lest*, Consil. Caesar. & utriusque Ducatus Suidnicensis & Jaurauiensis Praefecti, habet *Henelius cap. VIII. p. 698.*

Ib. Gersdorffii) Antiquissimam *Gersdorffiorum* originem exacte scire uolens, *Genealogiam*, ab ipsis typo datam, adeat, ut & *Pitschmanni Memorias Familiae Gersdorffianae*; nec non *Hermanni Praxin Heraldico Mysticam P. II.* Et *Sinapii* Schlesischen Adel *P. I. p. 390. sqq.* Add. *Henelius cap. VIII. p. 498. sqq.* & *Meisnerus*

l. c.

Hobergii, Logii, Kotuiciumque decus;

l. c. Dec. I. n. V. & VI. Vbi de *Andrea* & *Melchiore de Gersdorff*, honoribus Academicis fulgentibus, mentionem iniicit.

V. 644. Hobergii) De illustri hac gente, cuius prosapia, tam arte quam marte conspicua, amplissimis functionibus, quibus ob egregias plane uirtutes praefecta fuit, posteritati sese celeberrimam reddidit, euolue *Wolffgangi Helmhardi L. B. ab Hohberg Schema Genealogicum Familiae Equitum, Baronum ac Comitum ab Hobberg*, tribus tabulis in fol. editum; Et cum quo confer *Henelium* cap. VIII. p. 370. sqq. *Sinapium* l. c. p. 39. sqq. & *Cunradum l. c. p. 129.*

Ib. Logii) Gens certe haec insignibus decoribus virorum illustrissimorum illustrata est. Quem enim fugit *Georgius Logus*, Legum Decretalium Doctor & Cathedralis Eccles. ad *D. Jo.* Vratislauiae Canonicus? de quo *Henelius c. VIII. p. 516. sq.* Et *Meisnerus l. c. Dec. II. n. IV.* pluribus agunt. Quid dicam de *Caspare Logo*, Episcopo Vratislauiensi, cuius Elogium *Idem Henelius cap. VII. p. 715. & cap. VIII. p. 138. sqq.* habet. Quid referam de *Matthaeis*, utroque Principatuum Suidnicen-

645. Et Portugalii, Necheri, Kreckuicii-
que,

Spil-

nicensis & Jaurauiensis, & altero Praeside fisci regii per Silesiam? Quid de *Friderico a Logau*, Consiliario Ligio-Bregensi, cuius *Poëmata* sub nomine *Salomonis a Golau* edita laudat *Neumeisterus in Diss. de Poëtis Germanicis p. 40.* Quid de *Martino a Logau*, SS. Theol. D. & prius Acad. Lipsiensis P. P. deinde Abbate Cellensi? de quo *Cunradus l. c. p. 177.* Quid denique de *Balthasare Friderico L. B. a Logau*? Silesiorum Peirescio atque Pinello, & Ducatus Brigensis ad Generales Principum ac Ordinum Silesiae Conuentus Deputato, A. 1702. Vratislauiae defuncto? Cuius Bibliotheca magna sumtuum ui comparata & ab eius haeredibus Serenissimo Duci Saxo-Vinariensi uendita laudatur a *CL. Struuio in Introd. ad Histor. Liter. c. IV. §. X. p. 142.* Et a *Celeb. Henr. Leon. Schurtzfleischio in Notitia Bibliothecae Principalis Vinariensis p. 33. sqq.* Plures recenserem, nisi subleuasset operam meam Beatus noster *Gryphius in Elogio Logauiano*, id quod lege & relege, simulque in subsidium uoca *Sinapium l. c. p. 607. sqq.*

V. 645. Necheri) Necherorum incluta familia,

Spilleri, Scoppi, Knoblochiique ui-
gent;
Senicii, Bockii, Wachtelii, Schweidni-
ciique;
Zetri-

---

lia, in Saganensi praesertim Principatu quondam floruit, eique aliquot Praefectus edidit; Vid. *Sinapius l. c. p. 662.* Ex his uero inprimis eminet *Balthasar a Necher*, J. V. D. & utriusque Collegii Vratislauiensium Sacerdotum primariorum Collega siue Canonicus; De quo euoluatur *Hankius in Silesiis Indigenis cap. 75. p. 223. sqq.* Et *Meisnerus Decade II, n. V.*

Ib. Kreckuicii) Inter hos celebris est *Abrahamus a Kreckwitz*, cuius *Syluula Politico-Historica* extat.

V. 646. Scoppi) Vid. *Sinapius l. c. p. 903. sqq.* Vbi inprimis laudat *Carolum a Skopp*, qui inter armorum strepitus uaria scripsit Epigrammata, quae postmodum *FF. ad Viadrum* 1705. 12. lucem aspexerunt. Elogio quoque ornat *Fridericum a Skopp*, Camerae Silesiacae Consiliarium Caesareum *Henelius cap. VIII. p. 729. sqq.*

Ib. Knoblochiique) Prosapiam *Knobelsdorffiorum* hoc nomine indigitat *Grisbecius* noster; Eminet autem inter illos praecipue *Eustachius a Knobelsdorff*, Ecclesiae Cathedra-

Zetricii, Gutschii, Reibnitiana
domus;
H Tscham-

thedralis Vratislauiensis Decanus & Officialis, cuius laus in illustrium poëtarum numero inconcussa & potens stat. Cum enim in *Lutetiana*, non Galliae modo, sed omnium Europae *Academiarum Regina* ac *Eruditionis Officina* uersaretur, non solum *Franciae magnae descriptionem* publicauit, sed & *Lutetiam* ipsam, totius regni metropolin doctissimo carmine laudauit. Praeter haec bina carmina uero scripsit & alia quaedam *de Persecutione Ecclesiae; de Bello Turcico; de obitu Ferdinandi I. Imp.* nec non *de morte Sigismundi Regis Poloniae*, de quo ultimo *Georgius Sabinus* sic ad eum:

Moesta quibus defles extincti funera regis,
Legimus hic Elegos, culte poëta, tuos:
Miratique sumus lugubri carmine tantas,
Tamque graues a te res potuisse cani.
Nam tua dum tristes deplorat Musa querelas,
Atque Sigismundi fata suprema dolet:
Imbelli peragit praeconia bellica uersu,
Ac tenero quiddam grandius ore sonat.
Inducit gelidum trepidare Boresthenis amnem,

Tſchammeri, Rauſchendorffii, Mulheimia proles;

650. Rot-

Tela Polonorum dum uiolenta pauet:
Spumiferumque Tyran hoſtili caede rubentem,
Occultare uado cornua fracta ſuo.
Quid referam, numeros ſedati fluminis inſtar,
Qui neque per ſalebras, ſaxa nec alta, cadunt?
Nec ſplendore carent illo, nec diuite cultu,
Florida Naſonis quo monimenta nitent.
At tibi quando fauent ſic aſpirantque Camoenae,
Non decet Aoniam te poſuiſſe chelyn:
His, quibus excellis, felicibus utere donis,
Pluraque diſparibus carmina conde modis.
Sic inſigne feres nomen, ſic gloria fontis,
Pegaſus alato quem pede fecit, eris.

Vide *eius Poëmata L. VI. Elegiar. Eleg. X. p. m. 167. ſqq.* Subit uero animum mirari cum *Henelio*, qui eius elogium *cap. VIII. p. 686. ſqq.* exhibet, cur nihil *in Delicias PoëtarumGermanorum* ab eorundem collectore *Jano Grutero* translatum fuerit. Add. *Sinapius l. c. p. 575. ſqq.* Vt & *Meiſnerus Decad. I. n. III.* De Inſcriptionibus autem

Rotkirchii, Schwartzii, Schindeliana tribus;

H 2 Axle-

autem in aedibus *Knobelsdorffii nostri* olim conspicuis euolue *Chytraei Delicias uariorum Itinerum p.* 315.

V. 647. *Bockii)* Ex hac gente inprimis celebratur *Wolffgangus a Bock*, J. V. D. & Ill. Pr. Lignic. *Friderici II.* Consiliarius & Cancellarius, qui A. 1546. praesente *Ferdinando* rege omnium Ordinum Bohemiae oratores, Silesiae priuilegium a *Vladislao* rege A. 1498. impetratum, in praecipuis summae Jurisdictionis libertatemque patriae attingentibus articulis conuellere molientes, orando in ruborem dedit, & ex tempore grauiter feliciterque contra *D. Philippi Gundelii* orationem a multis annis praemeditatam, Silesiorum partes tutatus est; de quo euolue *Fabrum l. c. p* 17. Vbi *Bockium* nostrum *Lycotragum*, id est, *Lupicaprum* appellat; *Henelium* cap. VIII. p. 650. sqq. & c. X. p. 907. sqq. *Hankium* in Silesiis Indigenis cap. LXXXIV. p. 256. sqq. *Meisnerum* l. c. Decad. I. n. I. & *Cunradum* l. c. p. 23.

Ib. *Sweidniciique)* Huius gentis genealogiam edidit *Lignicii* 1661. *in fol.* DAVID de SCHWEINITZ, splendidissimum

Schweid-

Axlebii, Stoſchii, Wentzkii, clarique
Taderi;

Cosli-

Schweidnicianae ſtirpis ornamentum, & Ducatus Lignicenſis Capitaneus, cui pleraque debet *Sinapius l. c. p. 846. ſqq.*

V. 648. Gutſchii) Vid. ſupra *v. 629.*

Ib. Reibniciana domus) Ex hac ortum trahit *Gotthardus Fridericus a Reibnitz*, Ducatus Jaurauienſis Senior olim Prouincialis, qui, teſte *Grundmanno P. III. Miſcellaneor. Lipſienſ. p. 371.* praecipuum Nobilitatis Sileſiacae ornamentum omniumque afflictorum commune aſylum fuit. Paternis autem ſtrenue inſiſtens ueſtigiis filius eſt *Georgius Wilhelmus a Reibnitz*, qui non ſolum ipſe Praeſes *de Sponſionibus Jure naturali & ciuili illicitis* publice *Vitembergae 1717.* diſſeruit, uerum etiam peculiari Obſeruatione, quae *T. V. Miſcellaneor. Lipſienſ. p. 278. ſqq.* legitur, *Vindicias Poëſeos Sileſiorum* nobis dedit.

V. 649. Rauſchendorffii) Vid. *Sinapius l. c. p. 748. ſqq.* In hac foecunda Equitum generoſorum ſtirpe floruit *Chriſtophorus de Rauſſendorff*, Paſtor & Senior Primarius Wolauienſis, Conſiſtoriique illuſtris Aſſeſſor, qui A. 1669. uitam cum morte commutauit, de quo conſule *Hanſi Theologos Generoſos Euangelico-Lu-*

thera-

Coslicii, Stangii, Polsniciique ualent.

theranos p. 36. simulque confer *Dauidis Rauſſendorffii* Krieg und Sieg der Kinder GOttes *in Praefat.* & *P. II.* der berühmten Schleſiſchen Prieſter-Qvelle *p. 20.* Vbi plures ex hac proſapia ſati Theologi adducuntur.

V. 650. Rotkirchii) Elogium *VVolffgangi a Rotkirch*, Ducatus Lignicenſis Praeſidis, habet *Henelius cap. VIII. p. 721. ſqq.*

V. 651. Stoſchii) Horum Genealogiam nobis exhibuit *Jonas Scultetus* in dem Geſchlecht-Regiſter der ältern Linien des Wohl-Adelichen Stammes derer von Stoſch aus dem Hauſe Montſchütz, A. 1637. edit. Vt & *Sinapius l. c. p. 943. ſqq.* Conf. *Henelius cap. VIII. p. 747. ſqq.* nec non *Cunradus l. c. p. 298. ſq.* Inter Theologos ex hac gente refertur *Georgius Stoſchius*, Paſtor & Senior olim Crucibergenſis, *Johannis de Stoſch & Laſnitz* in Ducatu Oppolienſi ſuperioris Sileſiae filius; Vid. *Hanſi l. c. p. 41. ſqq.* cuius & poſteri Eccleſiae noſtrae non ſpernenda praeſtiterunt officia; Euolue *P. I.* der berühmten Schleſiſchen Prieſter-Qvelle *p. 32.*

Ib. VVentzkii) Ex his celebratur *Georgius a VVentzky*, Ill. Prr. Ligio-Bregenſium & Epiſco-

Landskronii, Nimptſchii, Schelndorffii,
Kaniciique,
Hockii,

Epiſcopi Vratisl. Conſiliarius, cuius commentatiuncula vom Schleſiſchen Ritter-Recht, Lipſ. 1615. 4. edit. magnum meruit nomen, nec mediocrem ab uniuerſo Nobilium Ordine, cui opera illa impenſa, gratiam iniuit, teſte *Henelio* in elogio eius *cap. VIII. p. 574. ſqq.*

V. 652. Stangii) Ex familia *Stangiorum* Stonsdorffienſi, ſingulare decus extitit, *Adamus in Cuniz*, Ducatus Lignicenſis Praefectus; Vt & *Henricus in Saſterhauſen*, S. C. M. & Ill. Pr. Ligio-Bregenſis conſiliarius, cuius oratio *de Germaniae perluſtratione* legitur *Vol. I. Orat. Kirchneri p. 241.*; Et *Daniel a Stange*, I. V. Licentiatus & Ducum Lignicenſium conſiliarius, qui pro oraculo Sileſiae ſuo tempore habitus fuit; Vid. *Henelius* cap. VIII. p. 741. ſqq. *Sinapius* l. c. p. 924. ſqq. *Meiſnerus* l. c. Decad. I. n. X. & *Cunradus* l. c. p. 293. ſqq.

V. 653. Nimptſchii) Illuſtria huius gentis nomina, tam ſago quam toga ſplendidiſſima, recenſent *Sinapius* l. c. p. 62. ſqq. *Hermannus* l. c. P. II. & *Henelius* cap. VIII. p. 533.

Hockii, Debſchicii, Seidliciumque
jubar;
655.Sommerfeldiaci, Warnsdorffii, Jenckuiciique;
Rotburs

V. 654. Debſchicii) Horum genealogiam nobis dedit *M. Georgius VVendius*, vir harum rerum peritiſſimus, annoque 1695. f. edi curauit.

Ib. Seidliciumque iubar) De ortu & ſplendore familiae Nobiliſſ. *Seidlitzianae* literis equidem aliquid conſignauit *Ephraim Ignatius Naſo*, quod uero adhuc in MSto premitur. Interim tamen conſule de hac gente *Sinapium* l. c. p. 880. ſqq. *Hermannum* l. c. P. II. & *Henelium* cap. VIII. p. 731. ſqq. Vbi *Adami* & *Caſparis a Seidlitz*, cui *Juſtus Reuberus* ſuam *de Teſtibus* methodicam traditionem A. 1574. inſcripſit, elogia occurunt.

V. 655. Warnsdorffii) Vid. *Sinapius l. c. p. 1023.* Hos inter autem eminet *Caſpar a Warnsdorff*, Ducatuum Suidn. & Jaur. Praefectus, de quo *Henelius cap. VIII. p. 257 ſqq.* pluribus agit, & quem *Cunradus l. c. p. 315.* hoc ornat elogio;

Doctrinae cultor, doctorum adſertor & altor,
Maecenas dici ſi meret, hic meruit.

Ib.

Rotburgii, Lesli, Reichbachiumque genus;
Vnruhii, Canibus cognomine, Montibus atque

Dicti

Ib. Jenckuiciique) Perantiqua *Jenckuiciorum* familia generoſa in primaria Sileſiae urbe quondam floruit, quippe cui urbi & Ducatui *Nicolaum* & *Abrahamum* dedit Praefectos; *Henelius cap. VIII. p. 681. ſqq.* Et *Ambroſium* & *Petrum* Eccleſiae Cathedrali Johanneae ibidem Canonicos; Vid. *Sinapius* l. c. p. 490. ſqq. *Hankius* in Sileſiis Indigenis cap. XXXVI. p. 155. & cap. LXIII. p. 190. ſqq. *Meiſnerus* l. c. Decad. II. n. I. & II. Inſignia *Jenckuiciorum* autem exponit *Tilenus p. 560. ſq. Poëmatum.*

V. 656. Reichbachiûmque genus) Vid. *Sinapius l. c. p. 206. ſqq.* & *M. Abr.* Zåſchke, Paſtor & Senior Stroppenſis, in concione funebri, *Heinrico L. B. a Reichenbach* A. 1715. habita, ubi in vitae eius curriculo, ſeu Perſonalibus, uti vulgo uocantur, ex *Abrahami Hoſemanni Reichenbachiorum Genealogia MSta* multa de hac gente traduntur, quae uero in plerisque credulitatem & temeritatem *Hoffmanni* in Nobilium noſtratium Originibus & Rebus geſtis ſcribendis ſatis produnt.

V. 657.

Dicti, Schoneichii, Nibſchiciique nitent.
Grünbergi, Brauni, Stenſchii, Dhyrique Gelhorni,
Sunt Schreibersdorffii, Prituiciique ſuper.
His oris multis fulſerunt ſtemmata ſeclis.
Haec, ac hiſtoricis nota fuere libris.
Tertius Ottho Boleslao quaeſita Polono
Adjiceret regni regia jura Duci:

V. 657. *Canibus cognomine)* Id eſt, die von Hund; Vid. *Sinapius l. c. p.* 479. *ſqq.*

Ib. Montibus atque dicti) Id eſt, *Bergii*, de quibus fuſe agit laudatus *Sinapius l. c. p.* 249 *ſqq.* Add. *Henelius cap. VIII. p.* 339. *ſqq.* & *Cunradus l. c. p.* 17. Qui de *Chriſtophori Georgii* & *Joachimi a Berg* laudibus canunt. Conf. *Henrici Walteri* de vita & morte Sancti Senis *Joachimi a Berg* orationem, Gorlicii in 4to, typis excuſam.

V. 658. *Schöneichii)* Vide ſupra *v.* 626.

Ib. Nibſchicii) Fortean *Nibelſchützii*, de quibus euolue *Sinapium* l. c. p. 664. ſqq. *Hermannum* l. c. P. I. p. 127. & *Henelium* cap. VIII. p. 705. ſqq.

Conradus Saliquus simul Heinricusque secundus,
Caesar ab illiso qui pede claudus erat:
Heinricus Quintus, Fridricus nomine primus,
Aenea quem rubro barba colore notat:
Imperii Latii procerum mandante senatu
Tradita cum regerent sceptra iubente Deo:
Agmina nobilium nostras penetrare sub oras
Germanûm, sedes hicque locare suas.
Auxe-

V.672. Sedes) Historia migrationis Nobilitatis Germanicae in has nostras oras maximis obuoluta est tenebris. Audiamus tamen *Curaeum in Annal. p. m. 89. sqq.* hac de re sic scribentem: *Multum frequentia hominum & opibus ditio Glogouiensis sub hoc Conrado creuit: & cum Poloni iam his Principibus essent iniqui, ipsi propositis immunitatibus passim inuitarunt in haec loca Germanos nobiles & ciues. Ideo multi ex nobilitate, originem suarum familiarum ex media Germania huc translatam agnoscunt. Vetustis-*

Auxerunt praelustre genus vitutis honore,

Pro

Vetustissimae quidem familiae nobiles, ferme huc ex illis regionibus, quae parebant Patri S. Hedwigis, *commigrarunt: Sicut audiui, virum nobilem, doctrina egregia, virtute & dignitate praestantem*, D. Joachimum a Berg, *Inuictissimi Caesaris* Maximiliani *Consiliarium, recitare: sese in profectione sua, qua plurimarum gentium regiones, studia & mores inspexit; Insignia familiae suae (quae in Glogouiensi Ducatu domicilium habet) & cognatam stirpem in Comitatu Tirolensi & in Stiria reperisse. Magnam deinde nobilitatem huc inuitauit ex Saxonia* Mechtildis, *Saxoniae Ducis filia* Henrici *coniux &c.* Cui uero uelim ut adiungas *CL. Sinapium*, qui *in Introductione ad Nobilitatem Silesiacam* haec tradit: In *Antecessum* ist zu erwehnen, daß die Hoch-Adel. Schlesischen Geschlechter, so alter Bäyrischer, Fränckischer und Schwäbischer *Extraction* sind, vermuthlich mehrentheils unter Hertzogs *Vladislai* Gemahlin, Käysers *Henrici IV.* Tochter, oder dessen Sohnes *Boleslai Alti* Gemahlin gebohrner Gräfin von Sultzbach in Schlesien kommen seyn. Henning. Theatr. Genealo-

Pro patriae sumunt publica bella
focis,

675. Ob

nealogic. T. IV. Parte I. p. 44. 250. Herrn Davids von Schweinitz Genealogie; MSCt. Thebes. sub tit. Lands-Kron. Denn *Boleslaus Altus* hatte bey Uberkommung des Landes Schlesien, mit denen Pohlen viel Jahre zu kriegen, da ihm denn dergleichen Ritters-Leuthe höchst vonnöthen waren. Wie denn auch sein Herr Vater, als auf dessen Theil, auch vorm *Exilio*, Schlesien und das Cracauische Gebiete mit der Ober-Herrschafft zugefallen war, denen Deutschen schon die Bahn eröffnet hatte. Was aber die Adelichen Geschlechter, so mit der Heil. Hedwig aus *Meranien* ins Land Schlesien kommen, betrifft, so hat der Herr Graff von Brandis in seinem immergrünenden Ehren-Cräntzel des Tyrolischen Adels, den alten *Merani*schen und Tyrolischen Adel von *A.* 1000. biß 1500. aufs fleißigste zusammen getragen, darunter aber eben nicht viel Schlesische Geschlechter gefunden werden, die aus *Meranien* hätten kommen können. Confer *Miscellanea Gentis Schaffgotschianae p.* 3. *sqq.*

Ob patriam paſſi pugnando vulnera plura,
Viuida quêis rigido dextera Marte fuit,
Plures praeterea generis ſplendore coruſcant,
Bellica quos virtus praepes ad alta tulit.
Senſit Achillaeas quorum gens Turcica dextras,
Arua Pelethroniis quae populatur equis.
Caeſare pugnantes fuderunt auſpice Turcas,
Et pia geſſerunt uindice bella manu
Militiae parit innumeros bellique magiſtros
Terra, quot Heſperidum quotue Pelasga tulit.
Quos ego ſi cunctos numeris complectier auſim,

Fortitudo bellica Nobilium.

Suffi-

V. 673. Virtutis honore) De fortitudine Nobilitatis Sileſiacae bellica euolue *Kittelii Encomium Sileſiae* circa finem & ſcholia noſtra ad *Grisbecii v. 29.*

Sufficiens operi pagina nulla foret.
Sed licet haec habeat fortunae munera dextrae,
Sitque tot ac tantis dotibus aucta Dei;
Egregiam quamuis mereatur gloria famam,
Plus tamen hoc uno nomine laudis habet:
Quod ueterum ſpretos cultus exoſa Deorum,
Relligio. A Duce nunc Chriſto ſymbola ſumpta gerat.
Quod complectatur myſteria legis amore,
Diligat ardenti coelica uerba fide;
Depulerit ſacris templis idola Maoſim,
Quod fidei buſtum proh dolor ante fuit:

Ac

V. 691. exoſa Deorum) De conuerſione Sileſiorum ad Chriſtianiſmum pluribus egi in *Scholiis* ad *Kittelii Encomium Sileſiae n. XXXIX. ſqq.*

Ac hominum proprio figmenta reperta cerebro,
Cum monſtris reliquis quae latuêre diu:
Vltimus Elias fido comitatus Eliſa
Pro tenebris lucem ſubſtituendo ſacram.
Ipſe magiſtratus ciues ratione gubernat,
Prudenti clauum temperat arte rei.
Plebem, ſit numeroſa licet, moderata poteſtas
Continet officio Caeſaris atque Ducum
Nomine, defenditque pios, errata coërcet
Legibus, & poenis & grauitate pari.
Cui data majeſtas, quae cogat mobile vulgus
Seruiat ut uera relligione Deo.
Coelica conſeruat ſinceri dogmata uerbi,

Politica gubernatio in urbibus Ariſtocratica eſt, juſta & moderata, honeſtis legibus munita.

Munc,

Munere quo nullum grandius extat opus.
Dicitur hinc Divus, coelique uocatur álumnus,
Coelestis cultus ut pietatis alat.
Promouet ingenuas studiis florentibus artes,
Ciuibus Elysiis unde paratur honos.

Gymnasia & scholae triuiales.

Laurigero doctas uocat ex Helicone sorores,
Excitat instaurans culta Lycaea, scholas.
Moeoniis studiis florent quae, Cecropis olim
Vrbs celebri ueluti floruit aucta schola.
Haurit ubi clarias artes linguasque juuentus,
Bellerophontaeis atque rigatur aquis.
In quibus alma Themis, pietas Hygieja sophosque

Oscine

V.716. Scholas) Celebriorum Silesiae scholarum recensum uide apud *Kittelium*, ibique *in Scholiis N. LIV. sqq.*

Oſcine caſtra bona diſpoſuêre ſua.
Sancta ſalutiferi traduntur dogmata uerbi,
Quae uitiis raptos ad meliora trahunt.
Juſtinianaei ſpacioſa uolumina Juris,
Armaque pro trepidis ciuica ferre reis,
Poeoniae proponunturque Machaonis artes,
Subſidio quarum corpora ſana uigent.
Sydera monſtrantur, quae coelum fixa ſequuntur,
Quae tacito ſurgunt obuia nixa gradu;
Aethereique docent quantis ſint tractibus orbes,
Quanta Poli rutilent ſydera, quoue ſitu.
Quot gradibus ſydus diuae Latoidos imum,
Summo falciferi diſtet ab orbe ſenis;
Aliger erranti Diuorum nuncius aſtro
Qua uarium natus Plejade carpat iter;

Qua Mars ſit Phoebo certa ſtatione propinquus,
Qui mallet Veneri proximus eſſe ſuae.
Moeoniis diſcunt uates aequare canendo,
Atque ſacro Minci fonte leuare ſitim;
Sulmonis celebri compeſcere fluminis unda
Plenaque Pindaricae plectra mouere lyrae.
Arpino latro perfundere labra liquore,
Ac hauſtu Logices pectus habere ſatur.

V. 739. Canendo) Inprimis uero *de Sileſiorum in Poëſi Germanica Praeſtantia* lege *M. Jo. Kunckelii* Diſſ. Lipſiae MDCIIC. hab. Vt & *Georg. Guil. de Reibnitz Vindicias Poëſeos Sileſiorum*, quae *T. V. Miſcellaneor. Lipſienſium p. 278. ſqq.* habentur; Nec non *Anonymi cuiusdam* geretteie Ehre der Schleſiſchen Poëſie und Poëten, *Lipſ 1721. 8.* edit. add. *M. Georgii Sculteti* Sched. *de Hymnopoeis Sileſiorum, Vitebergae 1711. 8.* impr.

745. Slesia Musarum genetrix, virtutis alumna,
Palladis est sedes, Pieridumque schola.
Slesia doctorum mater foecunda virorum,
I 2 In

V. 747. *foecunda virorum)* Si clarorum & omniscia scientia magnorum virorum, quos Silesia peperit, uel alibi partos sinu suo aluit & fouit, catalogum texere inciperem:

Icariae numerum dicere coner aquae.

Euolue tamen praeter *Henelii Silesiographiam Renouatam*, ubi plurima elogia ex *Silesia eius Togata MSta* depromta, apparent; *Casp. Cunradi Prosopographiam Melicam*, tribus millenariis comprehensam & *FF.* 1615. *Hanouiaeque* 16 1. 8. edit. *Jo. Henrici Cunradi Silesiam Togatam*, Lignicii 1706. 4. *Martini Hanckii Silesios Indigenas & Alienigenas*, Lipsiae 1707. 4. ut & *eiusdem Propagatores Eruditionis Vratislauienses*, Lipsiae 1702. t. *Jo. Casp. Eberti Peplum Bonorum Ingeniorum Goldbergensium*, Olsnae 1704. 8. *Eiusdem Leorinum Eruditum*, Vratisl. 1714. 4. *Henrici*

Alische-

In medio Charitum ſtant ibi templa
foro,

Sileſio

Aliſcheri Peplum Ingeniorum Boleslauienſium & Rectores Scholae Lignicenſium Lignicii 1671. 8. *Jo. Heinrici Deckarti* gelehrte Saganer; *M. Adami Pantkii* Lebens-Beſchreibungen der Breßl. *Inſpectorum*, Bregae 1713. 8. *Paſtorum* zu *St. Mar. Magd.* Ib. 1713. 8. *Praepoſitorum* zum Heil. Geiſt, Ib. 1714. 8. Mittags-Prediger zu *St.* Eliſabeth, Ib. 1715. 8. *Eiusdem Sileſiam Beneuolam Virorum Inſignium in Marchia Brandenburgenſi Natorum Nutricem atque Fotricem*, Ib. 1711. 4. *Eiusdem Diſp. de Nobilitate Vratislauienſium erudita*, Lipſiae 1697. habit. *Matthaei Hanſi Memorias Concionatorum Vratislauienſium*, Lipſiae 1710. 8. *Eiusdem Rectores Magnificentiſſimos ex Sileſiis Illuſtres*, Schlichtingkouii 1705. 4. *Chriſtiani Meiſneri Decades tres de Equitibus Sileſiis honoribus Academicis fulgentibus.* Vitembergae 1706. 4. *Georgii Schoebelii Germanum Vratislauiae Decus*, Vratisl. 1667. f. *Lieffmanni* Diſſ. *de Fanaticis Sileſiorum*, Vitemb. 1698. habit. *Caſp. Kesleri Catalogum Paſtorum Eccleſiarum Lignicenſium Petro-Paulinae & Marianae*, Lignicii

Silesio fasces fidei dat Marchica tellus,

I 3 750. Alite

gnicii in 4to exscr. *Dauidis Godofredi Schwertneri* 50jähriges Gedächtnis der Evangelischen Fürstenthums-Kirchen vor der Stadt Jauer / Jaurauiae 1706. 4. *Theodori Crusii* Vortrefflichkeit des Evangelischen Schweidnitzischen Zions, Suidnicii 1714. 4. *Eiusdem* berühmte Schlesische Priester-Qvelle, cuius Pars I. prodiit. Ib. 1714. & altera 1716. 4. Vt iam omittam *M. Jo. Gottl. Hoffmanni* Sched. *de Jo. Hoffmanno Primo Academiae Lipsiensis & Autore & Professore*, Lipsiae 1710. 4. *Nicolai Henelii Vitam Nicolai Rhedigeri*, Bethaniae sine anno impressionis in 4to. *Jo. Ferinarii Vitam Joachimi Curaei*, Lignicii 1601. 4. *Jo. Henr. Ackeri Vitam Georgii Frantzkii*, Lipsiae 1714. 8. *Christophori Coleri Memoriam Opitianam*, Lipsiae 1665. 4. *Godofredi Thilonis a Thilau Vitam Jo. Hillingeri IC.; Zach. Barthii, Cons. Goldbergensis; Casp. Fabricii, Pro-Consulis Aurimontani; Zach. Sommeri Vitam Samuelis Scholtzii*, Senioris quondam Goldbergensis; *Matthaei Dresseri Vitam Jo. Cra-*

tonis

750. Alite multiuaga nota rutente Jouis;
Lipsia Silesio committit templa scholasque,
Verti-

tonis, Lips. 1587. 4. *M. Leonh. Baudisii Vitam Jeremiae Spereri*, Vratisl. 1630. 4. *M. Melch. Laubani & And. Baudisii Memoriam Georgii Thilonis a Thilau*, Lignicii 1604. 4. *Jo. Kirstenii Memoriam Joannis Erasmi L. B. ab Abschatz; Martini Opitii Vitam Seyfridi Promnicii*, Bregae 1624. 4. *M. Abrahami Sculteti orationem de Vitae Curriculo Laurentii Ludouici*, Gorlicii 1594. 8. edit. Aliorumque, quos aliquando *CL. Ebertus in Silesia Litterata* dudum promissa magno numero in scenam producet. Confer *Kittelii Encomium Silesiae*, ibique *Scholia N. LXVII. sqq.* Et die Vergnügungen müßiger Stunden, quarum *Pars XVIII.* hisce nundinis autumnalibus Lipsiensibus lucem aspexit.

V. 749. Marchica tellus) Nimirum *D. Christophoro Pelargo*, de quo uide *Scholia ad Kittelium n. LXXXIII.*

V. 751. Lipsia Silesio) Erat is *D. Georgius Weinrichius;*

Vertice qua Pliſſae miſcet Eliſter aquas;
Sileſio Nicri ſpumans obtemperat amnis,
Qui fluit in Rheni praecipitanter aquas;
755. Julia ſic etiam celebris cum flore uigeret
SLESIADVM fouit non ſine laude DECVS.
Claraque Sileſio Baſilaea ſuperbit in aede

I 4 Sacra,

---

richius; Vid. *Vogelii* Geſchichts-Calender der Leipziger Herren *Superintendenten p. 65. ſqq.*

V. 753. Sileſio Nicri) Indigitare mihi hic uidetur *D. Zachariam Vrſinum*, de quo ſupra ad *Kittelium n. LXXXI.*

V. 755. Julia) Docuit in hac per ſeptennium & amplius *D. Jo. Hedericus*; Vid. *Eberti Leorinum Eruditum p. 23.* & Meieri *Monumenta Julia p. 14.*

V. 757 Baſilaea) Innuit *Adamum Polanum a Polansdorff*, Caluiniſtam notiſſimum; Vid. *Adami Vitas Theologorum p. m. 383.*

Sacra, quam Rhenus diuidit amnis aquis.
Pregela Silesio concredit pulpita sacra,
Qua Ducis Ottocari moenia structa iacent.
Silesiis quamuis Momus sua pondera tollat
Arte Paphlagonia, criminibusque terat:
Caucaseaue licet summus de rupe Prometheus
Ignem furetur surripiatque dolo:
Ex meliore luto mortalia corda refingat:
Non feret his quaeuis terra sub axe pares.
Hinc Themidos, tot & Eusebiae, Phoebique Galeni
Numina produxit clara per ora virûm.
Ingeniis rectus, mansuetus moribus, atque

Incola

V. 759. Pregela) Fuit is *D. Michaël Isinderus*, de quo legi potest *Hartknochii Hist. Eccl. Pruss. L. II. cap. II.*

Incola blandiloquus, sinceritatis amans, *Incolarum natura & ingenia.*
Fastus & astus abest, Veneris quoque foenoris expers;
Asperitate fera saeuitiaque caret.
Omnibus est facilis, mitis congressibus, ornat *Comitas.*
Quem pietas morum, frontis honore decus.
Dexteritatis amans, & mentis acumine pollet,
Officiis plenus, rusticitate caret.
Deliciis expers, nimio luxuque paratu, *Frugalitas.*
Sedulus officii munia quisque subit,
Cultus inest nitidus sine sordibus illuuieque
Victus alit plures commoditatis opes.
Mundities cunctis spectatur in urbibus atque *Mundities.*
Conueniens operi stat sua cuique domus.

Aeris ſalubritas.

Aeris & puri gaudet coelique ſalubris
Temperie, uegeto robore firma diu.
Proſperiore uigore ualentque uenuſta
Corpora ſunt Pylii ſecla ſenisque uident.
Non horrent poſtes fuligine liminis atri,
Ceſpite ſtramineo ſtat nec operta domus.

Aedificia.

Vrbibus in cinctis foſſis & moenibus altis
Tecta ſed artifici ſtructa labore nitent;
Summa gerunt quorum tales faſtigia pinnas,
Priſcorum quales celſa theatra Ducum.

Artifices.

Liſippoſque Tarentineos & gignit Apelles
Sleſia Phidiacas artificesque manus.
Tyndareasque parit forma praeſtante puellas,

Queis

Queis pudor & pietas ſplendet
ab ore charis;
Jupiter optat Agenorea pro vir-
gine ſummus
Quas magis & rapta Gnoſide
Bacchus amat.
Ordo gradusque uigent, diſtincti classibus, apti Ordo Ciuium.
Vrbis onusque gerunt, con-
ſiliisque regunt.
Importat merces uarias regionis in uſum Commercia.
Incola, mutandis mercibus
auget opes.
Adde quod Aonias didiciſſe fide-
liter artes
Ingenii ſummum credidit eſ- Studia.
ſe decus.
Praemia virtutem comitantur
ſole ſereno,
Vmbra uelut corpus, digna
Brabeja cedro.
Non Oſtro perfuſa Chlamis, non
ſplendet Acantho,
Texta, minus Tyrio murice
tincta nitet:

Sed

Vestitus.

Sed ſimplex, uario ſine luxu, mundus amictus
Indigenum priſco corpora more tegit.
Sed ne forte ſuam dediſcat tangere metam,
Feſſus in hoc curſum tramite ſiſtat equus.

FINIS.

III.

ENCOMIVM SILESIAE,

PVBLICA ORATIONE EXPRESSVM AC RECITATVM

WITTEBERGAE,

VIII. KALEND. SEPTEMBR. A. CHR. M DC LXI.

IN AVDITORIO MAIORI

AB

ABRAHAMO KITTELIO,

LVBENA SILESIO.

WITTEBERGAE,
Typis MATTHAEI HENCKELII,
A. O. R. MDCLXI.

Rector Magnifice, Prae-illustris ac Generosissime LIB· BARO, Viri maxime Reuerendi, Consultissimi, Experientissimi, Excellentissimi, Amplissimi, PATRES ACADEMIAE CONSCRIPTI, Domini Praeceptores, Promotores atque Maecenates summo ueneraridi opere ac suspiciendi, Vosque Nobilissimi Florentissimique Domini Commilitones.

VEtus Religio est pro Salute Patriae non solum dimicare, & contra hostium insultus eam defendere, sed illius quoque laudabiliter recordari. Hoc enim mihi persuasissimum puto, insitum esse natura mortalibus, amare Patriam, & quae produxit nos tellus miris illecebris assidue trahi. Quid erat *Ithaca* aliud, quam incultus ager, saxumque asperum, & ei sapientissimus *Vlysses* tamen beatos *Alcinoi* hortos posthabebat, nec tam tenere animum ipsius Nympharum secessus mollissimi & illi ipsi diuini poterant amplexus, ut non de Patriae tectis ex surgentem malit uidere fumum, quam uel delicatissimis deliciis, & ipsa

ipſa immortalitate adeo ibi frui? Hic amor & pietas erga patriam, me quoque excitauit, ut quam praeclaras atque eximias, Dei conceſſu munereque, Sileſia haberet dotes, demonſtrare conarer. Illa uero, quae in medium h. l. proferam, non erunt commentitia, ſed ex locupletioribus & fide digniſſimis depromta Autoribus. In iis autem tanta honeſtae laudis & commemorationis illuſtria & concurrunt & affluunt argumenta, ac

- - adeo ſunt multa, loquacem ut
Delaſſare queant Fabium.

Imitabor ergo Geographos. Sicut enim illi in orbis deſcriptione fluuios ingentes tenuiſſimis lineolis, & urbes potentiſſimas exiguis deſignant punctis; Ita ego de maximis minima dicturus, caetera miſſurus, officio ſtrictim defungar meo. Vt mihi igitur *de Sileſiae Laudibus* differenti, beneuolam attentionis aurem praebere uelitis, a uobis optimi maximi auditores obnixiſſime contendo.

Regionem hanc, quae *Sileſia* appellata poſtmodum eſt, *Quadi* olim *Marcomanno-*

rum

rum & contermini & Socii habitarunt (1). Gens utraque bello celebris, & manibus ani-

(1) Videatur incomparabilis vir, *Martinus Hankius*, in Tr. plane exasciato *de Silesiorum Maioribus cap. XIV. p. 39. sqq.* Et CL. *Frid. Wilh. Sommerus in Silesia ante Piastum p. 15. sqq.* Quam sententiam etiam *Nicolaus Henelius* in prima *Silesiographiae* editione *cap. I. p. 2.* amplexus erat; Verum uix triennio a prima dicti libelli editione elapso, *Cluuerii* imprimis rationibus motus, constanter negabat: *Quados incoluisse Silesiam*, teste hoc Epigrammate tunc ad amicum scripto:

Sensi olim, ut sensere alii, quae *Slesia* iam nunc
Dicitur, hanc ueteres incoluisse *Quados*.
Nunc mutata mihi sententia: ut arbitrer *Osos*,
Marsignos, *Burios*, *Semnonas* & *Gothinos*.
Exacta id ratione probat *Cluuerius*, ille
Teutoniae ueteris primus in historia.
Communis nam, ut amat fieri, nos abstulit error:
Nunc monitus, uero quae propiora, sequor.

Euolue

animisque ualida: Romanos ſane, illos rerum dominos, viros cum claritate,

K tum

Euolue *eius Sileſiographiam Renouatam cap. I. §. 23. p. 66. ſqq.* Ibique *Illuſtriſſ. Scholiaſten*, ubi non ſolum *Cluuerii* & *Henelii* ſententiam ſolide refutat, ſed etiam ſequentibus ad illius Epigramma reſpondet:

Sentio, ut *Henelius*: ſed ſicut ſenſerat olim,
Dum punctum, ſicut ſcribitur *, omne tulit.
Sentio cum multis aliis, quae *Sleſia* iam nunc
Dicitur, hanc ueteres incoluiſſe *Quados*:
Necnon *Elyſios*, *Lygioſue* & *Semnonas* olim
Maiorem Patriae partem habitaſſe meae:
Marſignos, *Gothinos*, *Oſos*, *Burioſque* fuiſſe
Paucos campeſtres, ſed tenuiſſe iuga.
Hermundurorum partem quis iure negabit,
Olim de patria participaſſe mea?
Exacta id ratione probat *Tacitus* meus, ille

* *Apud Balbinum.*

Teu-

tum belli usu praestantes, uaria uictoria ita defatigarunt, ut primus olim *M. Aurelius Antoninus* Imperator, cognomento *Philosophus*, christianorum militum precibus uictoria diuinitus impetrata, triumphum de iis egisse duxisseque legatur (2). Cujus triumphi & victoriae monimentum etiamnum Roma retinet inter tot tantaque rudera illaesum, *Columnam Cochlidem Antoninianam*, arte & opere admirabilem, totiusque ejus belli ac uictoriae repraesentatricem (3).

De *Silesiorum Etymo* uariae Auctorum sunt opiniones, & sine certitudine complures hanc rem uidemus quaesitasse. Sunt qui

Teutoniae ueteris primus in historia:
Sensum eius ueterem ueteri de Teutone laudo:
Verus, ut est alibi, hic uix *Cluiuerus* erit.

(2) Euolue *Hankium l. c. cap. XVII. p. 72. sqq.*

(3) Quam postmodum *Sixtus V.* Pontifex Max. *S. Paulo Apostolo*, aenea eius statua inaurata in summo uertice posita, dedicauit, uti ex Inscriptione apud *Ottonem Aicherum in Horto uariarum Inscriptionum p. 170. sqq.* patet.

qui ab *Elyſiis* nos petunt, aſt quam non friuole ſolum, ſed ridicule! nudo quippe ſoni applauſu, nullo fide digno argumento. *Peucerus*, *Reineccius*, aliique a *Slauis* deriuauêre, ſed neque his attribuenda fides. *Martinus Cromerus*, rerum Polonicarum ſcriptor accuratus, a *confluxu multorum populorum* nomen inditum eſſe opinatur, ut *Sileſii* quaſi *conuenae* dicantur lingua Polonica. Veruntamen an haec quoque conjectura ueritati magis litet, alii perquirant. A *Sleſo* amne nomen alii petiuere (4).

(4) Cum tam multae, uariaeque deriuationes huius nominis ſint, & ad triginta ferme ſcribendi uariationes, quae apud laudatum *Hankium* legi poſſunt, ante oculos uerſentur, in libro *de Sileſiorum Nominibus* conſcripto & *Lipſiae A. 1702. in 4.* euulgato; difficile iudicatu eſt, praeſertim in tanta ueterum monumentorum inopia, unde Sileſiorum nomen proficiſcatur; Hinc & ego controuerſiam hanc, inter viros eruditiſſimos ancipiti pugna ſemper uentilatam, iam non faciam meam, inprimis cum non hic uerſentur opes Sileſiae; Confer tamen *Scholia* ad *Melanchthonis Commendationem Sileſiae N. I.* ut &

Regio uero haec ſuperioribus ſeculis cultu aſpectuque triſtis, in uniuerſum ſyluis horrendis & paludibus foedis, frugiferarum arborum impatiens, ſine agriculturae honore, ſine frumenti copia, ſine gloria pecorum, etiam ſine commercio fuit. Sed ſi hodierno die perluſtramus eandem, eam omnino undiquaque fertilem, utilem ac beatam ſine omni haeſitatione ſalutare poſſumus; nec ulla loca deſerta, inculta nulla, nulla infrugifera, & ad uſus hominum inepta, oculatiſſima perueſtigatione reperire licet. *Syluae*, quae adhuc ſuperſunt copioſe, non penitus exſtirpantur & exſcinduntur, tum propter uenationum delectamenta, (quae inter laudatiſſimas Principum oblectationes praecipua cenſeri oportere *Xenophontes Cyrus* innuit,) tum propter aedificiorum materiam & quotidianum uſum (5). *Agri* quod *fertilitatem* attinet, nec auſtrinis Prouincia haec obnoxia

& ad *Grisbecii Iſagogen Sileſiae v. 22.* Nec non ad *Schurtzfleiſchii Lemmata Hiſtorica §. I. & II.*

(5) Adi *Henelii Sileſiogr. Ren. cap. III. §. 15. ſqq. p. 247. ſqq.* Et *Fechneri Syluas Elyſias p. 25. ſqq.*

noxia aestibus, nec arctois subjecta frigoribus, sed media fouetur axis utriusque temperie, ut exinde mira aëris clementia, mira soli existat foecunditas.

Paucarum rerum ad usum uitae pertinentium ac necessariarum Silesia indiga est, ut multis ad ornatum & uoluptatem, pietate Dei indulgentissima, abundet. Frumentorum tanta copia est, ut ad exteros quoque populos transmittatur: quapropter a celeberrimo uirorum *Lansio* Germaniae horreum cognominatur (6). Soli tamen bonitas non ubique eadem, sicut ne Palaestina quidem, quam Deus tellurem uocat melle & lacte fluentem, omnibus in locis pari fertilitate fuit. Commendantur autem prae aliis agri *Vratislauienses*, *Strelenses*, *Glogouienses*, in quibus frumenta cum sexto, septimo, octauo, decimoque foenore respondere planissime compertum est. Nec desunt uiridantia & florifera prata, pascuaque laetissima, in quibus innume-

(6) *In Consultationibus p. m. 61.* Confer *Henelium l. c. cap. III. p. 221. sqq.* Et *Fechnerum l. c. p. 17. sqq.* Vbi Silesiam, ob ubertatem agri fertilissimam, *Cornu Copiae* uocat.

numeri ouium greges, & magna boum armenta enutriuntur. Quid de arborum opulentia, quid de pomariorum hortorumque, ad inuidiam amoenorum & praestantium, opibus dicere laboro? Horum enim Bonorum luculentissimorum abundantissimus prouentus prostat (7). Lino quod in agro Silesiorum nascitur laudatissimum, adeo felix est Prouincia, ut uix locum reperias, siue Magnatum arces conscen-

(7) Vid. *Henelius in Silesiogr. Renov. cap. III. p. 259. sqq.* Inprimis autem Vratislauiae olim *Hortus Scholtzianus*, quem CL. Vir *Laurentius Scholtzius*, Doctor Medicus, plantis & arboribus, tam inquilinis quam exoticis, egregie exornauerat, celebris erat; *Henelius Breslographiae cap. III. p. 24.* Laudarunt hunc hortum certatim hinc *Jo. Matthaeus Wackerus*, *Nic. Rhediger*, *Jac. Monauius*, *Matthaeus Dresserus*, *Christ. Calenus*, *Dan. Scepsius*, *Heinr. Meibomius*, *Val. Acidalius*, *Sal. Frenzelius*, *Martinus Mylius*, *Sam. Latochius*, aliique, quorum Poëmata ipse *Scholtzius* coniunctim edi curavit *Vratislauiae* 1594. 4. Separatim quoque hunc celebrauit carmine *M. And. Calagius*, ibid. 1592. 4. typis exc.

ſcendas, ſiue oppida perluſtres, ſiue agrico-
larum uillas ſubeas, ſiue denique ruſtico-
rum caſas intres, in quibus linificia tracta-
ri non animaduertas, quae ob id non modo
noſtram gentem, ſed exteros etiam, diui-
tiis & opibus locupletet (8). Nec mino-
rem commoditatem ac quaeſtum percipit
Sileſia ex *Rubia ſatiua*, cujus praecipuus
ad tincturas uſus, quippe qua imbutae la-
nae & melius atque penitius colores quos-
dam imbibunt, & firmius durabiliusque re-
tinent. Ejus colorem *Garanziam* tincto-
rum uulgus uocat (9), qui in tanto pretio
eſt, ut & *Regium Colorem* multi nominent,
& celebratus ille ſit a principe poëtarum,
ſub *Hyberae ferruginis* commendatione,
inter colores militares, ut a ſummo viro,
Julio Caeſare Scaligero proditum eſt (10).

 Baccho

(8) De agris liniferis Sileſiorum & linteis praeſertim Hirſchbergenſium ſubtiliori-bus euolue *Fechnerum l. c. p. 21.* & *Mar-pergerum* im Schleſiſchen Kauffmann, *cap. 5. p. 228. ſqq.*

(9) Gallis audit *Rouge de Garance*, teſte *Marpergero l. c. p. 226.*

(10) *Exercitatione CLXXII. Sect. 2. p. m. 564.*

Con-

Baccho inimicam prorſus eſſe Sileſiam, nimium inconſulto credidit & temere affirmauit *Jo. Dubrauius*, rerum Bojemicarum ſcriptor alioquin praeſtantiſſimus (11). Tametſi enim ob auram frigidiuſculam minus frequenter uinum colitur, non tamen nullibi uideas in collibus apricis ad ortum ſolis patentibus cum antiquo ſcriptore:

Vites laetificas pampinis pubeſcere
Ramos baccarum ubertate incurueſcere.

In inferiore Sileſia uina ſatis laudabiliter proueniunt; ac bonitate reliquis praeferuntur, quae ad *Croſnam*, *Gubenam* & *Grünbergam* colliguntur (12). Summa haec telluris bona in aperto ſunt; ſed & operta ejus uiſcera recludere & ſcrutari licet, in quibus *Metallorum* omnis generis *uenas* beni-

Conferatur *Angelus Decembrius* in rariſſimo *de Politia Literaria* opere, ubi *p. m. Edit. Baſil.* 322. haec lego: *Ferrugo, color: de quo Virgilius: Et ferrugine clarus Ibera. Creditur eſſe purpura apud Hiſpanos coloris denſioris, ut roſae nigrae languentis.*

(11) *Lib. VIII. Hiſt. Bohem. p. m. 61.*

(12) Colles uitiferi in agro Croſnenſi & locis uicinis laudantur a *Fechnero l. c. p. 17.*

benignissima & ingeniosissima parens Natura abdidit ac dispersit. In Silesia nostra permulta quoque esse metalla, compertum satis est. Et auri quidem diuite uena olim claruerunt *Goldberga* (13); *Leoberga* (14); *Strigouia* (15); *Zuckmantela* (16); *Reich-*

(13) Hinc & nomen accepit ab aurifodinis, teste Epigrammate eleganti Poëtae cuiusdam nostratis, quod hic subiicio:

Nomina Goldbergae *fecit* mons aureus olim:
Hic auri *locuples namque* fodina fuit.
Nunc aurum *desit: Sed cur* Goldberga *uocatur*?
Plectra *quod hic resonent* aurea Pieridum.

Per *Plectra Pieridum* autem intelligitur *Schola Illustris Aurimontana*, circa Annum CIↃ IↃ IV. fundata, de qua infra *N. LV.* pluribus differendi erit locus.

(14) Hanc ob causam etiam a *Leone* deriuatur: Non quod Leones heic exstiterint, sed juxta Metallicorum consuetudinem, qui certos fodinarum metallicarum districtus, uel *Diuorum* ac *Diuarum*, uel etiam *Bestiarum* nominibus insignire, inuicemque discernere solent, ut in Anneberg, Marienberg, Joachimsthal, Gül-

Reichsteinium (17) & *Vallis Montis Gigantaei*

Gülden Esel, ac fortassis etiam in Hirschberg & Greiffenberg, uidere licet; *Henelius in Silesiogr. Renov. cap. VII. p. 218. sqq.*

(15) Vbi hodienum in Monte *S. Georgii* auri fodinae conspiciuntur, ex quibus iam *Terra Sigillata* effoditur, teste *Polio in historia Incendiorum Silesiae p. 197.* In hanc uero pristino decore nunc destitutam, & ad summas rei familiaris redactam angustias urbem, ita olim lusit *Naso* noster:

Tot claros habuit Medicos Strigouia quondam,
Non est iam medicus, qui bene curet eam.
Indiget: at frustra languens medicamina sperat,
Desperata iacet nunc in agone salus.
Ah MONTANE! feras aurum potabile, summe,
Hoc habet urbs (quamuis ebria fiat) opus.

Vide *Eius Phoenicem Rediuiuum Ducatuum Suidn. & Jaurauiensis p. 148.*

(16) Nomen habet a latronibus pallia ibi a viatoribus detrahere solitis, estque Prae-

taei (18), ſpectrorum apparitionibus diu infa-

Praeſulis Vratislauienſis oppidum metallicum, in cuius fodinis purum putum aurum ſaepius repertum fuit. Cuius rei fidem, ſi quis requirat, teſtem audiat omni exceptione maiorem, *Jo. Turzonem*, Epiſcopum Vratislauienſem, ad magnum illum *Deſiderium Eraſmum Roterodamum* ſic ſcribentem: *Adiunxi praeterea auri puti, natiuique quatuor particulas, ſiue ramenta, e ſubterraneis ſpecubus, adeoque ex ipſis terrae uiſceribus in ditione meae Dioeceſeos, qualia uides, nuper eruta, ut auri uiua uis te immortalitate digniſſimum declaret*; Vid. *Henelius l. c. cap. III. p.* 314. Et infra *N. XXI.*

(17) Fodinas ibi obuias *Aſinum aureum*, den goldnen Eſel, uetuſtas nominauit, & inde, etſi fabuloſa, decantata tamen illa *Aſini Comeſtura* originem trahere uidetur, quam *Georgius Tilenus*, Conſiliarius olim Ducalis Olſnenſis, ſequenti epigrammate expreſſit:

Eſores Aſini quondam dixere Sileſos:
Cauſa rei quae ſit, quaeſtio mota fuit.
Mons prope Reichſtenium eſt, auro diueſque fodinis,
Aureus hinc Aſinus nomine dictus erat.

Has

infamis (19). In hoc monte Italus quidam, ut

Has quia Silesii solum tenuere fodinas,
Esores Asini sint quasi, nomen habent.

Et cum A. 1610. Francosteinii in conuiuio aliquo splendido de fabulae huius origine quaereretur *Valentinus Franckius*, Consiliarius Caesareus, Ducisque Monsterbergensis intra Dioecesin Francosteinensem Syndicus, sequenti extemporali Epigrammate respondit:

Quaeritur inter uos, cur gens antiqua Silesos
Dicat Aselliuoros, conditione pares?
Reichstenidum in terris auro meliore fodina
Diues, & haec asini nomine clara fuit:
Illam Nostrates peregrinis undique pulsis
Cum peterent nisu feruidiore Patres:
Inde uoratores Asini sunt undique dicti,
Tempora quod Slesis nomen ad ista manet.

Plura qui *de Onophagia Silesiorum* scire desiderat, is legat *Henelium l. c. cap. VI. p. 674. sqq.* eiusque *Scholiasten* ad cap. VII. p. 442. *Schickfusium* in Silesiae Chronico L. IV. cap. I. *DeWerdeckium* in Silesia Numismatica p. 622. sqq. *Hankium* in Antiq. de Silesior. Nominibus cap. V. §. 74. p. 40. sqq. Vbi plane singularem ea de re

ut ferunt, superiori seculo non solum purum

re fouet opinionem; Et *Casp. Sommerum*, qui hanc calumniam integra Dissertatione historica refutauit, in qua & sequens Epigramma ab aliquo ex Caesareis Ministris in Bohemia de Laude Silesiorum compositum adducit;

Esto Asinum quondam deglutiuisse Silesos,
Objicere ut Slesis ille uel iste solet.
Ast Asini cerebrum non glutiuisse Silesos
Inuiti Proceres Regis & Acta docent.
Hinc & sunt adeo cauti catique Silesi,
Vt uincant alios dexteritate uiros.

Si quis igitur adhuc est, qui ridicula illa exprobatione nobis molestus esse pergat, illi haec uerba in aurem dicta sunto:

Dicis, Grille, Asinos Silesia deuorat omnes:
Si uerum est, ne te deuoret illa, caue.

(18) Quae ideo etiam dicitur germanice, der Riesen- oder Gold-Grund; Vid. *Henelius l. c. cap. II. p. 306. Fechnerus l. c. p. 6.* Et *Franciscus Faber in Sabotho p. m. 20.*

(19) Indigitatur hic notus ille in uulgus Rübenzahl, de quo *Praetorius* fabulas congessit mira industria. Sed cui bono? monente docto quodam uiro ad *Fabri Sabothum p. m. 13.* Anilia enim sunt & plebeculae rumores. *Rübenzahl* sane fuit reuera praedo insignis uersutusque, proxi-

rum putum aurum, sed gemmas quoque pretiosissimas inuenit (20). Aliquando binae

proxime montanis adiacentes rusticos infestans, & callide eludens eorundem insidias. Lege tamen de hoc spectro mere chimaerico *Henelium l. c. cap. II. p. 154. sqq.* Nec non *M. Sim. Frid. Frenzelii Disp. de Spiritu, qui uulgari nomine* Rübenzahl *nuncupatur, Vitembergae 1673.* habit. Et *Frid. Becmanni* orationem *de Monte Gigantaeo* in *Notitia Orbis Terrarum p. m. 192.*

(20) Audiamus *Frid. Lucam in Memorandis Silesiae p. 2180.* hunc in modum scribentem: Ausser Zweiffel steckt noch ein grosser Gold-Schatz in denen Riesen-Bergen verborgen: solches lässet sich daher schlüssen, weil in dem vorigen *Seculo* demselben die Italiäner fleissig nachsuchten, und sonderlich um die Qvelle des Zacken-Flusses viel gediegenes Gold fanden. Einer von diesen Goldstehlern soll hernach zu Venedig ein prächtiges Haus erbauet, und diese Worte über dessen *Portal* in Stein gesetzet haben:

Montes Chrysorei fecerunt nos Dominos.

Huc spectant uersus *Fabri nostri l. c. p. m. 20.*

binae ſolidi auri maſſae repertae fuerunt, eaeque tam ponderoſae, ut ad *Rudolphum II.* Imperatorem meruerint deferri (21). Fluuii quidam Sileſiae, ut *Cattus* (22), *Bobe-*

m. 20. Vbi ſub *Erronum* nomine die ſo genandten Wålſchen und Wallonen, ſubdolos Theſaurorum noſtrorum ſuffuratores, ſi fabula uera, intelligit.

(21) Repertae autem fuerunt binae hae ſolidi auri maſſae *Zuckmantelae* in ditione Praeſulis Vratislauienſis A. cIɔ Iɔ XC. & A. cIɔ Iɔ XCI. gubernacula tunc tenente *Andrea* Epiſcopo. Vidit utramque depictam *Henelius noſter*, & priorem quidem cum hac Inſcriptione:

Munus ab aurifera nuper radice reuulſum
Fulgeo in aſpectu, Diue Rudolphe, tuo.

Alterius talis erat Epigraphe:

Me quoque iucundans Andreae Antiſtitis aſtrum
Juſſit in auguſtas Caeſaris ire manus.

Appoſitum autem utrique huiuſmodi diſtichon:

Naturae qui tanta ſtupes portenta, viator,
Dic mihi, num fuerit res ea uiſa prius?

Vide *Ejus Sileſiogr. Renov. cap. III. p. 314. ſq.*

(22) Clarus iam olim ob rutilantis metalli ramen-

Boberus (23), *Zacus* (24), ob auriferas arenas

ramenta ideoque *Chrysorrhous* dictus; *Fechnerus l. c. p. 50.* Huius autem fluuii genuinum & uerum nomen fuisse **Gold-bach**, ab eoque suam traxisse originem *Goldbergam* temere asserit *Casp. Peucerus in Idyllio suo* his uerbis:

Auri quod ramenta uehit mixta inter arenas,
Vrbs structa adsciuit nomen & inde sibi.
Alluit excelso positam quam colle, pererrans
Ipse suo valles flumine, prata rigans.
Mutauit nomen post consuetudinis usus,
Et falso, Cattum ceu notet, ore sonat.

Quem tamen more suo docte refellit *CL. Dewerdeckius l. c. p. 697. sqq.*

(23) Auriferum flumen *Boberum* esse docet *Fechnerus l. c. p. 45.*

(24) Vid. *Henelius l. c. cap. III. p. 316. sqq.* Vbi de fluuiis Silesiae auriferis, & unde aurum illud ueniat? pluribus differit. Consuli quoque potest *Schwenckfeldius*, qui ordine debito *in Catalogo Stirpium & Fossilium Silesiae p. 366. sqq.* loca, in quibus uel uenae auri, uel aurum purum putum ἄπυρον, uel aurum lotum, aurique puri grana, uel ramenta cum auri arena reperiantur, enumerat.

arenas celebrantur, in iisque hodienum ramenta auri puriſſimi & optimi inueniuntur; In cujus rei fidem *Georgius II. Dux Bregenſis* torquem ex auro fluuiali Sileſiae conflatum, geſtare ſolitus eſt (25). Quod quidem Sileſiae aurum non inferius eſſe Hungarico, rei metallicae intelligentia praeſtantes conteſtantur. Quid nunc de *ære*, *ferro*, *ſtibio*, *lazurio*, *auripigmento*, *ſulphure* & *aliis foſſilibus* dicam (26)?

L Quid

(25) Ita quidem tradit *Henelius l. c. cap. III. p. 317.* Cuius uero fidem *CL. Dewerdeckius l. c. p. 354.* dubiam facere uidetur his uerbis: Als ehemahls ein gewiſſer vornehmer Prediger unſerer Stadt (Scil. Lignitz) dieſer Kette in einer Predigt erwehnet, hat Hertzog Ludwig ihn gefraget, ob er die Kette jemahlen geſehen hätte? Woraus zu ſchlüſſen, auf was vor Füſſen dieſe Wahrheit gehen müſſe. Ex *eodem Henelio* autem & id diſcimus, quod Magnificus quondam Heros Fürſtenſteinius, *CHRISTOPHORVS AB HOHBERG*, duo armilla ex auro, quod lectum ex fluuio, arcem ſuam praeterlabente, fieri ſibi curauerit.

(26) Cui uolupe eſt operta haec Sileſiae uiſcera curate ſcrutari, is adeat Plinii Sileſio-

Quid de marmore, quod *Frid. Groſſius*, ſtatuarius Vratislauienſis, inuenit, & ex eo ſug-

leſiorum, *Caſparis* nimirum *Schwenckfeldii Catalogum ſtirpium & foſſilium Sileſiae, Lipſiae 1600. & 1601. in 4to* editum; *Franciſci Rudelii* carmen *de uenis metallicis, quas ſeſe in finibus Suidnicenſium Sileſior. offerentes uocant* Gottesſeegen, *Vitebergae 1577.* 4. publ. *Fechneri* carmen *de ferrifodinis & officinis ferrariis in agro Saganenſi & locis uicinis*, quod legitur *Syluar. Elyſiar. p. 27. ſqq.* Et *Chriſtophori Wintheri Deſcriptionem & Denotationem breuem fabrilium Sileſiae officinarum fodinarumque*, carmine heroico elegantiſſime expreſſam, typiſque primum *FF. ad Viadrum 1556.* & poſtea *Vratislauiae 1582. 4.* excuſam, obque exempli raritatem *Sileſiographiae Renouatae Henelii cap. III. p. 341. ſqq.* inſertam. Sic Naturae pictricis curioſa ſubterranea Sileſiae nobis contemplanda dederunt *Leonhardus Dauid Hermannus in Maslographia, Bregae 1711. 4.* exc. Et *CL. Georgius Antonius Volckmannus in Sileſia Subterranea, Lipſiae 1720. 4.* typis impr. Quibus adde quoad Antiquitates Sileſiae ſubterraneas *Georgii Vberi* Epiſtolam *de Vrnis Trebnicenſibus*, quae extat *L. III. Conſilior. & Epiſtolarum Jo.*

ſuggeſtum ad Diuae Mariae Magdalenæ artificioſiſſime exſculpſit (27)? Quid de *Terra Sigillata*, quae *Lemnia* Medicis dicitur, & a *Johanne Montano* (28), Chymicorum haut poſtremo (29) inuenta? Quid

 deni-

Jo. Cratonis a *Laurentio Scholtzio* in lucem editor. *p. m. 390. ſqq.* Et *CL. Stieffii* Epiſtolam *de urnis in Sileſia Lignicenſibus & Pilgramsdorfienſibus*, *Lipſiae 1704.* 4. *exc.*

(27) De quo ſuggeſtu peculiare extat *Andreae Calagii* carmen, *Vratislauiae 1581.* 4. edit.

(28) Elogium eximii huius Philoſophi & Medici, Reique publicae patriae Stregenſis Phyſici legas apud *Henelium l. c. cap. VII. p. 538. ſqq.* Et apud *Cunradum in Sileſia Togata p. 281.*

(29) Terrae huius Sigillatae deſcriptionem ipſe nobis dedit *Montanus*, quam poſtmodum eius gener, *Joannes Hartig*, auctiorem edi curauit *Vratislauiae 1610.* In terrae autem huius & inuentoris laudem legas bina Epigrammata *Jo. Poſtii*, Archiatri Electoralis Palatini, *P. II. Parergorum Poëticorum p. 78. ſqq.* Multa quoque de hac terra ſigillata tradit *Henelius l. c. cap. III. p. 360. ſqq.* Confer *Conſilia &*

denique *de Thermis Hirschbergensibus* (30)? Singula singulas postularent orationes. Sed

& Epistolas Medicinales Jo. Cratonis P. II. p. m. 337. & 358. Vt & *Casp. Heinrici* Disp. *de terris medicatis Silesiacis, Erfordiae 1706.* sub Praesidio *D. Ludouici Friderici Jacobi* habitam. Lusit autem in urbem Strigouiam, iam egentissimam, ejusque terram *Naso noster l. c. p. 146.* sic:

Quando Sigillatam uendis Strigouia terram,
In uarias terras sic tua terra uenit.
Si uendis terram, signum est migrare uolentis,
Conuasant lapides iam tua tecta suos.

Varia uero terrarum genera Curiosi in suis Musaeis seruant. Et uel leuiter tantum inquirentibus ostenduntur *terra Strigensis* flaua, *Goldbergensis* alba & cinerea, *Jaurouiensis* cruda, *Brusnicensis* lutea ac rubra bolaris &c. De quibus plura uolens *Schwenckfeldium* l. c. p. 395. sqq. *Hermannum* l. c. p. 188. sqq. *Volckmannum* l. c. p. 275. sqq. Et *Sinapium P. II. Olsnographiae p. 283.* legas.

(30) De fontium istorum usu ac uirtute plura tradunt Medicorum filii, & inter hos maxime *Caspar Hoffmannus, Leobergensis*, Electoris Brandenburgici Archiater,

Sed ad alia transeamus. Silesia initio non adeo multa habuit oppida; nunc uero CL. ibi inueniuntur (31), inter quae eminet

ter, & *Caspar Schwenckfeldius, Gryphimontanus,* Reipubl. Gorlicensis Physicus: Quorum illius Epistolam ad *Paulum Lutherum,* Electoris Saxoniae Medicum, *Lib. I. Consilior. & Epistolar. Medicinalium Jo. Cratonis p. m. 240. sqq.* Huius uero *Commentarium* eruditum lingua uernacula conscriptum & *Gorlicii 1607. 8.* primum editum, qui plura cognoscere cupis, euoluas. Nostri enim instituti non est, exactius isthaec persequi. Obiter saltem adhuc hic monemus, celebrari easdem thermas ab *Opitio* in Hercinia p. m. 276. *Fechnero* l. c. p. 33. sqq. *M. Gottfr. Balthasare Scharffio* in der Vortreflichkeit des Hirschbergischen warmen Bades; *D. Matth. Adalberto Zindelio* in der Betrachtung des Hirschbergischen warmen Bades, *Lign. 1636. 8.* Et a *D. Christ. Mich. Adolphi,* habita *de his thermis* Disputatione medica *Lipsiae 1710.*

(31) Vrbium Silesiae nomina & situm Tabulae Chorographicae *Martini Helwigii, Jonae Sculteti,* & *CL. Godofredi Köhleri* lectori exacte exhibent; Quoad numerum

rum

Vratislauia (32), urbs pulcherrima atque ornatissima, omniumque rerum plenissima. Quid enim ad summam perfectionem peritissimi artifices illic desiderare poterunt? Materiamne? nihil ea rarius; an Architectum? ne *Vitruuius* dederit exactiorem. Ibi enim augusta & ornata templa, longitudine atque amplitudine mirabili, ibi magnificentissima palatia, ibi sumtuosissima aquaeductuum, pontium, aliarumque structurarum opera. Haec urbs tanto propugnaculorum robore, tanta ciuium magnanimitate & fortitudine firmata, ut non temere ab hoste atroci expugnari potuerit. Haec urbs a Principibus & Regibus tam multis immunitatibus & priuilegiis dotata fuit, ut, iudicante Ber-

rum uero illarum scriptores nostri maxime inter se differunt; *Helwigius* suo tempore CXX. *Schickfusius* CL. *Henelius* in Curis prioribus *Silesiographiae* suae CLII. In posterioribus autem CLXXI. numerarunt; Confer *Grisbecium* supra *v.552.sq.* ibique Scholia nostra.

(32) De qua consule Notata nostra ad *Melanchthonis Commendationem Silesiae* N.III.

Bertio (33), ſupra omnes fere Germaniae urbes caput extollat. In hac uiget Lex & Magiſtratus obtinet autoritas, *in ea conſtituit Deus exemplar unicum juſtiſſimae ciuitatis & moderatiſſimae*, uti in quadam Epiſtola *Michaël Brutus* ad *Andream Duditium* ſcribit. Hinc *Sigismundus* inuictiſſimus Rom. Imperator hoc elogium ei tribuit: *Vratislauia*, inquit, *eſt regula morum, exemplar & ſpeculum modeſtiae. humanaeque uitae ſplendidiſſimum iubar* (34). Secundum ab *Vratiſlauia* locum occupat *Lignitium*, Metropolis Ducatus Lignicenſis, & auita Ducum Lignicenſium & Bregenſium ſedes. Haec ciuitas ab illuſtriſſimo Principe *Friderico II.* tam multis eximiae claritudinis condecorata eſt monumentis, ut mouerit aliquando *Vratislauiae* de primatu certamen (35). Aedificiorum enim ſtructuris,

 Tem-

(33) *Lib. III. Commentar. Rer. Germanicar. p. 319.*

(34) Vid. *Idem l. c. p. 319.*

(35) Sub *Henrico Pio* Lignicium iam ita creuit, ut, teſte *Henelio l. c. cap. VII. p. 275.* Ipſi etiam Vratislauiae elegantia ſtructionum, opibuſque & frequentia parum con-

Templorum molibus, fontium deliciis, nitore viarum, & omni elegantia ornatissima pariter & cultissima. Clara quoque est propter memoratu dignissimam cladem, quae ibi contigit, quam breuiter tantum recensebo: Anno a natali Domini 1241. Barbarorum turba & colluuies Tartarorum totam Russiam ferro populationibusque deuastauit, & eo dem impetu in Poloniam & Silesiam erupit, ubi immanitatem suam in diripiendis oppidis, in polluendis templis, in profanandis sacris, in caedendis senibus, uiolandisque tum matronis, tum uirginibus, satis superque exercuerunt. Cum tandem tali scelere & crudelitate omnia foedarent, *Lignicium* peruenerunt, ad cuius oppidi Principem *Henricum*, cognomento *Pium*, multa uis nobilitatis se congregauerat. Fortis enim Dux, militiaeque gnarus ipse *Henricus* habebatur, & prae se ferebat, nolle se tam impio impuroque hosti, quantumuis terrifico, cedere. Ad hunc igitur integri adhuc Polonorum reliqui, Magisterque Prussiae cum suis Cruci-

concederet. De huius urbis Etymo euolue *Grisbecium* v. 230.

Crucigerulis, & praeterea frequentes pedites, inter quos quingenti Goldbergenſes auri argentique foſſores ſe contulerunt. Quibus Lignitio approximantibus, obuiam *Henricus* progreditur, ſed aduerſo omine. Nam Aedem D. Virginis praetereunte, ſaxum ingens, ominoſo ſubitoque lapſu, ante pedes decidit, nulla propalam cauſa apparente, cur de ſolido integroque muro auulſum decidiſſet? Non deerant, qui retro eundum, illoque die pugna abſtinendum cenſerent. Sed nihil ille hoc caſu territus, iter coeptum continuauit, feſtinatque, ut aciem in tempore ante moenia inſtituat, exiſtimans, Tartaros quoque legitima acie proelium inituros. At poſteaquam cognouit, more illos ſuo incondito cateruatim agminatimque conglobatos quaternis agminibus aduentare, & ipſe copias ſuas quadrifariam diſtribuit, ne tam facile a tanta hoſtium multitudine circumueniretur. Vna namque illorum caterua major erat uniuerſo *Henrici* exercitu. Nihilominus tentare omnia, perpetique extrema placuit, quam Religionem per metum aut fugam prodere. Prima ſors pugnae ſuper *Boleslaum*, *Dipoldi* filium, iampridem cum ipſo

parente ex Morauia in exilium actum, cecidit, is militi collectitio cruce insignito praeerat cominus ad dimicandum paratus. Verum Tartarus eminus in eum sagittas mittebat tam densas, quam densam solet coelum nubilosum grandinem iaculari, cujus ui casuque totam interdum segetem prosternit, ita stratus cum suis jacebat *Boleslaus*. Post hunc Magister Prussiae, cui *Pompo* (36) nomen erat, similem calamitatem, a simili sagittarum tempestate, expertus est. Hujus utriusque mali facies, cum ob oculos *Heinrici* uersaretur, jubet currus carrosque laxari, ita, ut duo reliqua agmina, quorum alterum, ex Polonis coactum, *Mesco*, Dux Oppeliensis, alterum ex Slesitis ipse *Henricus* ducebat, recipere, lateraque omnium tegere possent, a fronte scuta & pluteos opponit. Et quoniam Tartari per spatium aëris tela in altum quoque jaculabantur, ut lapsu illa suo inclusos ferirent, milites galeatos stare, atque omnes in hoc maxime intentos esse mandat, ut alteram hostium iacu-

(36) Verum nomen illi erat *Poppo de Osterna*, uti iam pluribus monui *in Miscellaneis Gentis Schaffgotschianae p. 103.*

iaculationem, facta ſubita eruptione, praeueniant, cogantque illum manus, non arcu, ſed gladio conſerere. Quod ubi accidit, bruta cum uiris pugnauiſſe diceres, adeo, poſtquam ad manus uentum eſt, pecorum ritu mactabantur. Ortus hinc in caſtris *Henrici* clamor: *Occurrite! Occurrite!* quem *Meſco*, Oppolienſis Dux, aliter, quam clamaretur, accipiens, *Currite! Currite!* ad curſum & fugam cum bona parte equitum ſe dedit, *Henricum* ſolum ex Ducibus ſuperſtitem relinquens, qui ad mortem usque ſuam conſtanter ac fortiter dimicauit, ad internecionem cum ſuis deletus. Caput ejus hoſtes acinace a collo reciſum, haſtato cuidam per ludibrium circumferendum tradiderunt. Caeterorum militum tanta multitudo excidit, ut a Tartaris praeciſae caeſorum ſingulae aures nouem capaciſſimos ſaccos ferantur impleſſe. At excitat nobis haec tempeſtas cladis Romanae apud Cannas memoriam, cum Hannibal Equitum Romanorum annulos, inſignia nobilitatis, Carthaginis ſuae modiis admenſus eſt. Sed porro ut illic uento, puluere, ſole aduerſo pugnarunt Romani, ita ſe hic externa aliqua & humana major uis

proe-

proelio creditur miſcuiſſe. Tradunt enim Autores, Signiferum quendam Tartarorum ſimulacrum quoddam, effigiem humanam referens, haſtili praefixum geſtaſſe, magnoque motu & ululatu contorſiſſe, donec ex ore illius atro fumi & nebulae tanta emerſerint denſitate, ut proſpectus omnis aduerſae aciei eriperetur. Acie peracta Tartari ad Lignitium impetuoſe contendunt, ciues uero urbem relinquentes uacuam, ad arcem confugiunt, quae, etſi eo tempore, non tam ualidis communita erat propugnaculis, ciues tamen pro moenibus fuerunt, non ſecus ac priſci Spartani, & quoties incondito clamore & furioſa rabie arcem aggreſſi, toties generoſe retundebantur(37). Quid nunc de *Brega*, *Suidnicio*,

(37) De fatali hoc proelio praeter *Curaeum*, *Schickfuſium*, *Lucam* & *Henelium* legi meretur *Georgii Tileni* carmen *de Tartarorum in Sileſiam irruptione & pugna*, quod *Lib. II. Poëmatum p. 79. ſqq.* reperitur; *M. Val. Alberti oratio de Proelio Ligniconſi*, Lipſiae 1664. 4. exc. *Chryſoſtomi Schultzii Monumentum gratitudinis in Honorem Henrici Pii*, Vratislauiae 1621. 4. edit. Et *Chriſtopho-*

nicio, *Glogouia*, *Jaurauia*, *Hirſchberga*, *Goldberga*, *Lubena* & aliis Sileſiae oppidis ciuitatibusque proferam? Si enim omnia eorum facta & monumenta memorabilia recenſere uellem:

Antipodas citius ſe ſol conferret ad imas (38).

Sed

Chriſtophori Adolphi Wahlſtättiſches Denckmahl, Jaurauiae 1720. 4. impr. Ager uero, uel locus, in quo Pius ille Princeps contra Tartaros fortiſſime pugnans heroicum effudit cum ſanguine ſpiritum, uernacula lingua Wahlſtadt propterea dicitur, eumque laudatus *Schultzius* ſub nomine *Campi Martii Sileſiae* apud *Fechnerum l. c. p. 23. ſqq.* Vbi & hodienum uſus iſte adhuc obtinet, ut Dominica Quaſimodogeniti quotannis hiſtoria illius conflictus publice de ſuggeſtu recitetur, ad cuius rei ſolennitatem ex uicinia quam plurimi homines confluunt.

(38) In recenſendis & deſcribendis Sileſiae urbibus multi e noſtratibus laudandam nauarunt operam, inprimis autem hac in parte egregios plane ſe praeſtiterunt *Henelius*, ejuſque digniſſimus *Scholiaſtes l. c. cap. VII.* quos uide; ſimulque uero

Sed sine Deo olim fuimus. Deorum quidem superstitione Silesia fascinata fuit, sed ueri Dei cultus prorsus ignara. Imperabat Polonis Silesiisque *Ziemonislaus*, *Lesci* filius, Princeps & iustitiae & clementiae & aliarum uirtutum laude cumulatus, & in quo nihil praeter Christi cogniti-onem

ro tibi in memoriam reuoca *Nicolai Thomae Encomium Suidnicii*, Lipsiae 1597. 4. *Casp. Sueui orationem de praecipuis Leobergae ornamentis*, Lignicii 1611. 4. *Jo. Heermanni* Ἐπισκιασμὸν *Bregae, urbis amplissimae*, Glogouiae 1609. 8. *Jo. And. Mauersbergeri* Poetische Beschreibung der Fürstl. Residentz-Stadt Brieg, Bregae 1675. f. *M. Georgii Barthelii* gebundene Rede von der Stadt Schmiedeberg in Schlesien, Wittenberg 1674. 4. *Wolffgangi Silberi Memoriale Greiffenbergense*, Lipsiae 1619. 4. Et *M. Dauidis Zelleri*, Hirschbergische Merckwürdigkeiten, Ceruimontii 1720. 8. De urbis Vratislauiae Scriptoribus uero euolue Notata ad *Philippi Melanchthonis Commendationem Silesiae N. III.* Et de oppidis Ducatuum Suidnicensis, Jaurauiensis & Olsnensis consule *Nasonem* in *Phoenice Rediuiuo* & *Sinapium in Olsnographia*.

onem desiderabatur. Hic cum multos annos sine liberis uixisset, grauiterque ea de re angeretur, tandem natus est filius, sed oculis captus, ita, ut non facile dijudicari posset, majoremne dolorem percepisset ex orbitate, an ex unici filii coecitate. Omnia remedia, omnes medicorum conatus mali pertinacia elusit. Jam ad septimum annum peruenerat puer, eique patrio quodam ritu, primam comam tonderi, nomenque imponi oportebat, cum praeter omnium spem subito oculis uti coepit. Incredibili laetitia perfusus pater, conuocatos ad se hariolos consulit, quid ex tam admirabili successu filio suo, quid toti Poloniae portenderetur? Eo imperante Poloniam mirabiliter illustratum iri, responderunt. Ex ea spe atque omine puero nomen inditum *Mieslao*, quod gentis lingua significat eum, qui sibi gloriam gladio parturus esset. Nullo enim alio modo illustrari posse Poloniam, quam bello & armis, cogitabant. Adoleuerat *Mieslaus*, iam ad uirilem aetatem peruenerat, iam mortuo parente Imperii fascibus potiebatur, & caeteris quidem uirtutibus Patri non absimilis, nihil caeteroquin bello egregium aut memo-

memorabile gerebat, ita, ut tota Polonia, & ſe credulitatis & uanitatis uatum ſuorum reſponſa damnaret. Sed majus quiddam, quam quod illi ſuſpicati erant, Deus optimus maximus parabat. *Mieslaus* ductis barbarico more ſeptem uxoribus, nullos tamen ex ulla earum liberos procreare poterat. Poſtea illis repudiatis *Boleslai I.* Bohemiae Ducis filiam *Dambroucam* in uxorem duxit, quae uti chriſtiani nominis propagandi ſtudioſiſſima erat, ita tandem perſuaſit *Mieslao*, ut baptiſmatis lauacro initiaretur. Cum itaque primus ex ſua gente baptiſmatis fonte lauaretur, & inanium Deorum ſimulacra praelongis affixa perticis, per uicos geſtari, & tandem in coenum projici comburique, & adeo uanos priſcae ſuperſtitionis ritus atque ceremonias aboleri curaſſet (39); Principis exemplo, pleri-

(39) Hinc hodieque multis in locis conſuetudo eſt, ut pueri quotannis Dominica Laetare Idolum parent ex ſtramine aliaue uili materia, paratumque inter cantus deducant, ac in fluuium tandem praecipitent. Id uero poſtquam peregerunt, arborem uariis adornatam rebus

plerique optimates & populares, nobiles ignobilesque promiſcue incitati, tam flagrandi ſtudio, abiecta gentili ſuperſtitione & πολυθεία ſe Chriſto conſecrarunt, ut mori potius, quam deſerere Religionem chriſtianam cuperent. In huius rei teſtimonium mos ille per ea tempora inoleuit, ut ſacerdote, uerba Euangelii in templo ad aram pronunciaturo, homines equeſtris ordinis e uagina gladios aliqua ex parte nudarent, ad Euangelii defenſionem & ſubeundam pro Religione mortem, ſe paratos eſſe, hoc quaſi geſtu profitentes. Choro autem accinente: *Gloria tibi Domine &c.* in uaginas eosdem reconderent(40). Quanta au-

bus canendo circumportant; Qui poſterior mos inprimis adhuc Sileſiis integer eſt; Vid. *Hankius, de Sileſior. Rebus* p. 122. ſqq. *Hermannus, in Maslographia* p. 323. ſqq. *Sinapius, in Olſnographia P. I.* p. 340. ſqq. Et *M. Paulus Hilſcherus*, in Diſp. *Lipſiae 1690.* hab. *De Ritu Dominica Laetare* uulgo vom Todt austreiben.

(40) De hoc Polonorum more Eccleſiaſtico & conuerſione gentis noſtrae euolue *Hankium, de Sileſior. Rebus p. 120. ſqq.* Et *M. Valentinum Kleinwaechterum*, im Danck-

ta autem deuotione & Religionis christianae propagandae cupiditate *Mieslaus* flagrauerit, ex iis satis apparet, cum nouem statim, diuersis locis, Basilicas, suppellectili omnis generis pretiosissima, ornatas aedificauerit (41), & inter has etiam in Silesia *Smogorouiensium*, quae subsequenti tempore *Bicinam*, tandem *Vratislauiam* translata

lata

Danck- und Denckmahl von Bekehrung dieser Lande, *Vratisl.* 1653. 4. edit. Quibus adde *Schurtzfleischium*, infra §. *VI. sqq.* Et Scriptores istos, quos uir maxime reuerendus *M. Godofredus Balthasar Scharffius*, in der Glückseeligkeit des Evangelischen Schlesiens, *p. 10. sq.* in medium affert.

(41) Sic ad propagandam Religionem christianam, *Mieslaus* in *Polonia* constituebat Episcopatus *Gnesnensem*, *Cracouiensem*, *Posnaniensem*, *Crusuicensem* (hodie *Vladislauiensem*); in *Mazouia Plocensem*; in *Russia Camenicensem*; in *Prussia Culmensem*; in *Marchia Lubussensem*; in *Silesia* uero *Smogrensem* (postea *Bicinensem* hodie *Vratislauiensem*); Quibus totidem Cathedralia templa exstruebat; *Hankius de Silesiorum Rebus* p. 125.

lata (42) est; Insula urbi uicina ad Oderam sita Episcopo & Collegio Canonicorum attributa, largioribusque subministratis uectigalibus. Sequenti tempore Principes Silesiae & Praesules multas certatim uillarum, syluarum, pagorum, oppidorum, territoriorum donationes adiecerunt, ut *V-*

(42) Sedes Episcopatus in *Smogra* fuit ab anno 965. usque ad an. 1041. Quo tempore a *Leonardo I.* Episcopo, regnante *Casimiro I.* Poloniae Rege, Episcopalis sedes translata est *Ryczynam*, hodie *Bicinam* dicimus, oppidum districtus Brigensis. Sed non diu permansit sedes Episcopalis *Bicinae*, quandoquidem postea ab ipso Rege *Casimiro* A. 1052. iterum translata fuit Vratislauiam. Huius autem translationis causam non aliam assignant historici, quam commoditatem, cum urbs Vratislauia in umbilico Silesiae sita sit. Caeterum tempore istius translationis fuit Episcopus *Hieronymus I.*, sextus scilicet a *Godofrido* Episcopo Smogrouiensi Primo, a quo deinceps caeteri Praesules Vratislauienses in hunc usque diem audierunt; Vid. *Schiferdegherus, in Vindiciis pro Silesiae Episcopatu, Quaest. I.* Et *Hankius, in Silesiorum Rebus p.* 125. & p. 238. sqq.

ratislauienſis Epiſcopatus paulatim ad tantum non modo dignitatis & auctoritatis, uerum etiam opulentiae faſtigium, quantum pauci alii progreſſi erant, peruenerit, & *Aureus* adeo nuncupari meruerit (43). Baſilica ipſa Cathedralis *D. Joannis Baptiſtae* (44) honori ſacra, eſt templum pretioſiſſimis monumentis & altaribus in ſublimi poſitis exornatum, & duabus pyramidibus condecoratum. Praeter Epiſcopatum alia quo-

(43) Inprimis uero ſub regimine *Precislai Pogarellae*, Epiſcopi, *Aureus* dici conſueuit, teſte *Hankio, in Sileſiis Indigenis p. 95.*

(44) Magni ſane res foret laboris, memorati Sancti Baſilicas, Aedes ſacras, Capellas, Aras, Imagines, ſtatuas, campanas, plateas in templis & urbibus Sileſiacis obuias longo recenſere ordine. Hunc enim ſub ipſiſſima Euangelii has oras illuceſcentis auſpicia Sileſiae incolae, & ni fallor, *Godofredi*, primi Sileſiorum Epiſcopi, ſuaſionibus inducti, in Patronum ſibi elegerant. Hinc quoque iam primum illud templum in *Smogra* fundatum *Diuo* conſecratum erat *Baptiſtae*; Vid. Pluribus *Rhonius in Exercitatione Hiſtorica de Johanneis Vratislauienſibus lit. f. 1. col. 2.*

quoque Collegia Canonicorum, ut Vratislauiae ad *D. Crucis*, in majore & minore *Glogouia*, *Nissae*, *Oppoliae*, *Ratiboriae*, & alibi instituta sunt (45). Cum uero *B. Lutherus*, fortis & animosus Heros, contra intolerabile Indulgentiarum mercimonium, bicipiti uerbi diuini gladio (46) pu-

 gnaret,

(45) De his Canonicorum Collegiis euolue *Scholia* ad *Grisbecii Isagogen Silesiae v. 386. sqq.* & *v. 511. sqq.*

(46) Indulgentiarum abusum ipse reuerendissimus Auctor des in Schlesien gewaltthätig eingerissenen Lutherthums censoria notat uirgula *p. 11. sqq.* his uerbis: Die Mißbräuche, so damahls im Schwange gingen, sonderlich mit dem Ablaß, kan man nicht läugnen: Es hatte sich ein Hochwürdiges Breßlauisches Thum-Capitel schon *A. 1518.* vor dem damahligen Bischoff *Joanne Turzone* beklaget, daß der Ablaß gar zu gemein, und bey dem Volcke in Verachtung käme. Et paucis interiectis: Nebst diesem, so waren wohl freylich auch grosse Fehler bey etlichen ungewissenhafften Predigern eingeschlichen; Wann sie nehmlich dem Ablaß eine solche Krafft zueigne-

gnaret, Silesia maximam partem cupide & ardenti Zelo Euangelicam Religionem amplexa est, & a Pontificia secessionem (47) fecit. Quo tempore illustrissimus Princeps, *Fridericus II.* Dux Lignicensis & Bregensis inter Principes & status Silesiae primus fuit, qui illam in territorio suo propagauit (48). Quamuis uero ab aduersariis mul-

eigneten, die er nicht hatte, als wenn sie nemlich sagten, daß dadurch nicht allein die Straffe, sondern auch die schweren Sünden, und nicht allein die gegenwärtigen, sondern auch die zukünfftigen vergeben würden, und was dergleichen Irrthümer und Fehler mehr gewesen.

(47) Publici Lutheranae Religionis in Silesia aliqualis exercitii initium in Annum 1522. Nostrates ut plurimum ponunt; Vid. *Lucae* l. c. cap. 2. p. 299. *Keslerus* in catalogo Pastorum Lignicensium; *Grunaeus* apud *Seckendorffium* in Histor. Luther. Supplement. Ind. I. n. 19. *Peccensteinius* (qui uero omnium primos in mutandis sacris Vratislauienses fuisse, cum aliis perperam statuit.) Expos. Mem. Siles. p. 64.

(48) Lege hic, cum grano tamen salis, das in

multis afficeretur contumeliis, in orthodoxa tamen religione instar Marpesiae rupis constantissime (49) permansit. Hic Princeps illustrissimus, uerus fuit patriae parens, libertatis uindex, uirtutis alumnus, defensor pietatis, justitiae columen, ecclesiae magnum praesidium (50).

in Schlesien gewaltthätig eingerissene Lutherthum p. 126. sqq. Et *Kesleri catalogum Pastorum Lignicensium*, Lignicii 1653. 4. exc. Vbi *Fabianum* Eckel, primum Euangelicae Doctrinae concionatorem ad B. Virginis & *M. Valerium Rosenhain* ad Petro-Paulinam Aedem nominat.

(49) Id quod & testatus est Symbolo in nummis ejus conspicuo: *Verbum Domini manet in aeternum*; Vid. *Dewerdeckius l. c. p. 290.*

(50) Idem ferme Elogium ei tribuitur in monumento sepulchrali, quod in Aede *D. Johannis* Lignicii olim conspiciendum dabatur cum hac Epigraphe:

ILL. PRINCEPS FRIDERICVS II. DVX LEGNICENS. BREG. DOCTRINAE CHRISTIANAE IN SVA DITIONE INSTAVRATOR, PACIS CONSERVATOR, DVCATVS AMPLIFICATOR:

MOR-

Cum enim exhalationes de lacu *Schwenckfeldiano* fumantes solem purioris doctrinae infuscarent, unius pene Principis *Friderici II.* cum intercessionibus ad Deum, tum diligenti obseruatione, Ecclesia ab infectione illius haereseos defensa fuit (51). Aderat

MORTVVS ANN. MDXLVII. AETATIS SVAE ANNO LXVIII. IN HOC MONVMENTO, QVOD IPSE FACIENDVM CVRAVIT, SITVS EST.

Vid. *Grunaei Pericula Monumentorum Silesiae p. 23.*

(51) Debet haec haeresis originem suam *Caspari a Schwenckfeld*, Nobili Silesio, quem *Lutherus* & *Philippus* communiter *Stenckfeldium* nominant, & quem multi cum *Caspare Schwenckfeldio*, Medico, perperam confundunt. Nascebatur in auita sede *Ossig*, districtus in Ducatu Lignicensi Lubenensis pago, circa A. 1490. Et sacris initiatus inter sacerdotes, quos *Canonicos* uocant, *Collegii Lignicensis*, dignitate fortunisque eminebat; Sed postmodum accensa luce Euangelii in grauissimos prolapsus errores, *specie pietatis, more haereticorum*, incautos seducebat, & breui tempore totam fere Silesiam sua haeresi inficiebat ac disseminatos errores

rat quidem *Joh. Sigismundus Wernerus*, *Schwenckfeldianismi* acerrimus propugna-
M 5 tor,

res ex uoto suo ubique propagabat. Hinc Regia *Ferdinandi I.* auctoritate commotus *Fridericus II.* modo laudatus, eum Silesia excedere iubebat, ex quo tempore Germaniae ciuitates, Procerumque aulas pererrans ubique uel Sectam suam instituebat, uel modis omnibus augebat, donec tandem Vlmae Sueuorum, & non in Silesia, uti *Lucae* euincere conatur, A. 1561. X. Decembr. ad plures, senex LXXI. annorum abiret. Pro Symbolo hac utebatur sententia: *Nil Christo triste recepto;* Et opinionum suarum in Silesia habebat aduersarios, *Seb. Schubartum, Val. Fridl. Trocendorffium, Hier. Wittichium, Jo. Gigantem, Laurentium Hartranfftum* & alios. Pluribus autem de eo agit *M. Gottl. Lieffmannus* in Diss. *de Fanaticis Silesiorum* §. 2. *sqq.* Et *Godofredus Arnoldus* in der Kirchen- u. Ketzer-Historie *P. II. L. XVII. cap. XX. p. 240. sqq.* Qui posterior uero, ut pessimos hereticos maximis ubique euehit laudum praeconiis, ita & *Schwenckfeldium* non solum defendit, sed in Sanctorum suorum catalogum quoque infert. Caeterum *Schwenkfeldianismi* in urbe Lignicensi ortum atque fata, quo uerius

tor, sed ille a Principe *Friderico* huc *Wittebergam* ad *Philippum Melanchthonem* missus est, & cum resipiscere nollet, ab officio (52) remotus & ita Silesia a *Schwenckfeldianismo* purgata (53) est. O factum egregium & ab omni

uerius eo luculentius describit *Seb. Schubartus*, primus Euangelii Praeco in Aede Johannea Lignicii, *in Confutatione Errorum Schwenckfeldianorum* & quidem *in Praefatione posteriore*, quam cum integro scripto recensitam uide apud *CL. Rungium Spec. III. Miscellaneor. Literarior. p. 52. sqq.*

(52) Vid. *Lieffmannus l. c. §. IV. sqq.* Vbi non solum de *Wernero*, sed de reliquis etiam *Schwenckfeldii* asseclis ubertim agit. Non deerant enim in Patria, qui deliras ejus opiniones coeco & stulto, ut ita dicam, assensu & defendebant & propagabant. Imo, quod mireris, ipsum Principem *Fridericum II.* iam in suam pertraxerat sententiam *Schwenckfeldius*, quem tamen mature ad saniora consilia reducebant orthodoxi Theologi, & inprimis *Val. Fridl. Trocendorffius*; Lege in hanc rem *Sculteti Annales Ecclesiast. ad A. 1525.* & *Dewerdeckium l. c. p. 312. sqq.*

(53) Humani hic aliquid passus est *Kittelius* noster.

omni posteritate memorandum! O singulare excelsae mentis indicium!

Juuentutis educationem quod concernit, liberi ad Paedagogiam & Magistros, ut cum lacte ueluti, pietatis doctrinarumque fundamenta imbibant, mature mittuntur. Nam sicuti agri, si non coluntur, carduos & uepres afferunt: sic homo, nisi naturam, nobile illud Dei depositum, doctrina excolat, tanquam rudis & indigesta moles, ac informis massa in magno hoc mundi theatro uersatur. Majores quidem nostri Marti magis, quam Phoebo deditι, & ut *Ennia-*

noster. Licet enim *Schwenckfeldii* stemma nostris diebus emortuum, haeresis tamen in multis etiamnum Silesiae locis uiget detestanda. Et profecto aegre huius Sectae asseclae hic reprimuntur, qui ne quidem persuasionibus nedum ui, a peruersis suis sententiis dimoueri possunt, nisi Nobiles omnibus subditis se breui orbatos uidere uelint. Mortem enim potius sustinent aut agris derelictis in alias terras aufugiunt, quam ut suos errores eiurent. Confer tamen *Clarissimi Jani* Disp. *de Methodo Jesuitica conuertendi Schwenckfeldianos in Silesia nouissime adhibita*, Vitembergae 1721. habit.

Enniano utar uerbo, bellipotentes mage, quam ſapientipotentes fuerunt; Sed uariae tamen ſuperioribus ſeculis ſcholae atque adeo uirtutis officinae condebantur (54). Floruit per multos annos *ſchola Goldbergen-*

(54) Sileſiorum *Schola* prima fuit *Smogrenſis*, quam ibi *Gothofredi*, primi Epiſcopi, ſucceſſor *Vrbanus* conſtituit, inſtructus & libris & doctoribus, quos Roma ſecum adduxerat, ut felicius latinis ſimul & ſacris & literis conſuleret; Vid. *Hankius de Sileſior. Rebus p. 137. ſqq.* Et *Henelius l. c. cap. VI. p. 693. ſqq.* Et *cap. VIII. p. 39. ſq.* Vbi *Scholiaſtes Ejus* ex Vitis Epiſcoporum a uerſifice quodam Niſſenſi conſcriptis ſequentia adducit:

Der erſte Biſchoff Gottfried hieß,
Das Volck im Glauben unterwieß,
Lebet biß ins ſibzehende Jahr;
Nach ihm Vrban erwehlet war,
Bracht mit ſich aus Italia
Gelehrte Leut und Bücher da:
Die Schul zu Smogra wohl anging:
Man Pfarrn zu *ordinirn* anfing,
Die Jugend auch lateiniſch lehrt,
Lebt ſparſam, und nicht viel verzehrt,

Es

bergensis (55), in qua fasces literarii Regiminis regebat *Valentinus Trocendorffius*, uir

Es dacht alls an den armen Mann,
Dadurch das Bisthum auch zunahm.

(55) Prima quasi semina scholae Goldbergensis postmodum succrescentis sat feliciter spargebat Anno 1504. *Hieronymus Wildenbergius*, uir omni laude dignissimus, ex Colmensi Borussorum Collegio huc traducta colonia; de quo uideatur *Henelius* l. c. cap. VII. p. 191. *Grunaeus* in monumentorum Silesiae periculis p. 28. & Eberti in Peplo bonorum Ingeniorum Goldbergensium p. 52. sq. Habebatque illo iam tum tempore schola haec tanta incrementa, ut non obscuros futuros celebritatis radios undique dissiparet. Paulo post autem sub ipsa repurgatae religionis incunabula, pietate, eruditione, fide atque industria *Valentini Trocendorffii* ad tantam famae celebritatem illa assurgebat, ut relicto priori aedificio spaciosior Musis habitatio in Coenobio Franciscanorum a *D. Hedwige* isteic exstructo, a munifica *Friderici II.* pietate A. 1531. impetranda esset. Sed non perpetua haec scholae felicitas erat. Sublato

uir eruditus perquam & doctor eximius, & qui, fatente *Philippo Melanchthone*, ita ad scho-

to enim A. 1556. *Trocendorffio*, & ipsa paullatim inclinare, ac commune illud literarum fatum sentire incipiebat. Nam etsi ruinae impetum spectatissima *M. Martini Taburni*, *Laurentii Circleri*, *M. Petri Sickii*, *M. Pancratii Crugerii*, aliorumque praestantissimorum uirorum uirtus atque eruditio fortiter reprimebant, tempora tamen post mortem *Trocendorffii* consequebantur eiusmodi, quae cursum scholae non mediocriter inhibebant. Imo plane ferme cum ea iam tum actum fuisset, nisi *Joachimus Fridericus*, Lignic. & Bregens. Dux Praepositusque Magdeburgicus de illa restauranda A. 1599 cogitasset, ejusque gubernacula *Joanni Feigio*, Consuli- Rectori & *M. Melch. Laubano*, Pro-Rectori commisisset, ceu patet ex *Actis Instaurationis illustris Scholae Goldbergensis*, quae *Lignicii 1599.* 4. prodierunt. Deflorebat tamen illa superiori seculo, exortis turbis illis Bohemicis, Rectore *Jona Melidaeo*, sub quo schola haec a Principe *Georgio Rudolpho*, teste *Fama publica Scholae Goldbergensis denuo apertae*, Lignicii exc. iterum aperta

ſcholam natus, ut ad caſtra regenda olim *Scipio Africanus*. Hic primus quaſi ſignum quoddam ex arce Palladia ad literas in hac Prouincia inſtaurandas extulit, & ad tantam famae celebritatem peruenit, ut nemo fere in literatorum cenſu, niſi qui ſub hujus magiſtri ferula didiciſſet, poneretur. Neque incelebres ſcholae fuerunt *Suidnicenſis* (56); *Leobergenſis* (57); *Boleslauienſis*

aperta fuerat, & in hunc uſque diem ſepulta iacet. Plura qui de ea cognoſcere deſiderat, is legat *Librum VII. Carminum uariorum Joh. Claji*, qui agit *de origine & conſeruatione Scholae Goldbergenſis*; Vt & CL. *Ludouici Hiſtoriam Scholarum P. I. p. 107. ſqq.* Vbi ſimul *Trocendorffii* uitae curriculum exhibetur.

(56) Faſces ſcholae huius non incelebris inter alios olim tenuerunt *M. Jo. Egranus*; *M. Jo. Chriſtoph.* Ortlob; *Bartholomaeus Stirius*; Et *M. Jo. Hartmannus*, uiri doctrina ſolidiori & eloquentia, nec non ſingulari prudentia & felicitate ſcholaſtica inſignes. Nunc uero illa ſub R. R. Patrum Societatis Jeſu cura nouam formam & normam obtinet, ſupra cujus Por-

sis(58; *Freystadiensis*(59), aliaeque. Hodie

Portam sequens legitur inauratum Epigramma:

Musarum haec aedes, dominans cui Christus JEsus
Non nisi sacra sibi suscipit ingenia:
Ergo procul, procul inde facesse profana juuentus,
Nil habet admixtum cum BelialeDeus.

(57) Scholam Leobergensem nulli uicinarum urbium olim cessisse, testatur *Henelius l. c. cap. VII. p. 240.* Inprimis autem *M. Casp. Sueuo* Directore:

- - - Lyceum
Auctu succreuit tanto, ut certare cuiuis
Gymnasio posset studii feruentis agone.
Quam uix cepisset moles cuneata theatri,
Densa cohors iuuenum te circumfusa docentem
Sedit, quos uariis regionum exciuerat oris
Doctrinae noua fama tuae celebrataque Pitho.

Canente *Fechnero l. c. p. 75.* Vbi Leobergam, inclytam uirorum doctissimorum genetricem, celebrat. De scholae autem Leorinae origine & incrementis lege ipsum *Sueuum in Mnemosyne Leorina Lit. J. 3. col. 1.* Et Elenchum uirorum cla-

die uero florent cum *Vratislauiensis* utra-

N que

clarissimorum, qui ex hac urbe & schola prodierunt, uide *Ibidem Lit. k, 1. col. 1.* & *in Eberti Leorino Erudito*, quod *Lipsiae*, 1714. 4. lucem aspexit publicam.

(58) Et hanc inter Silesiae scholas olim non infimam fuisse, ex tot doctrina & eruditione praestantibus uiris, quos foecunda mater *Boleslauia* protulit, & quorum Elenchum *in Henr. Alischeri Peplo Ingeniorum Boleslauiensium*, Lignicii, 1674. 8. edito, & *in Christophori Coleri Memoria Opitiana p. 15. sq.* legas licet, facile uidere est.

(59) Haec erecta fuit a uiro doctrina & uirtute praestanti, *M. Erasmo Benedicto*, *Freystadiensi*, qui ad annos XV. auditor *Philippi* fuerat, & cum eo in domestica familiaritate conjunctissime uixerat, teste *Curaeo, p. m. 268.* Successores autem habebat omni doctrinae laude cumulatos, ex quorum officinis, uelut ex equo Durateo, prodibant magno numero praestantissimi uiri, Theologi, JCti, Medici & Philosophi: quorum aliquos in Regum & Principum aulis uersatos fuisse, nonnullos ecclesiis, scholis, politiis operam suam cum laude ac fructu nauasse constat; De quibus uide *Henelium* cap. VII. p. 130. sqq. *Fechnerum* l. c. p. 89. sqq. Et *Cunradum in Silesia Togata* passim.

que *Elisabethana* & *Magdalenaea* (60); tum *Lignicensis* (61) & *Bregensis* (62); E quibus omni-

(60) Vtriusque Notitiam nobis dedit tum *Martinus Radeckus* in rarissimo *de Literariorum Ludorum Vratislauiae initiis & incrementis* carmine, *Vratislauiae* 1567. 4. exc. tum *Hankius* noster *in Vratislauiensibus Eruditionis Propagatoribus*, qui liber *Lipsiae* 1701. *f.* lucem aspexit. Posterioris autem Historiam etiam nobis exhibuit *CL. Ludouici l. c. P. I. p. 46. sqq.* Quem uide; Confer *Chytraei Delicias Variorum Itinerum p. 316. sqq.* Vbi disciplinae scholasticae Vratislauiensis leges inseri curauit.

(61) Rectores hujus scholae singulis tetrastichis laudauit *Henricus Alischerus*, ipse Lygius, *in Pietate sua*, quam in Praeceptores Academicos & triuiales scripsit, *Lignicii* 1671. 8. impress. Eiusdem uero scholae *Doctrina & Disciplina* prodiit *ibidem* 1617. 4.

(62) Laudes illustris huius Gymnasii egregio & luculento carmine expressit *Caspar Hermannus*, *Suidnicensis Silesius*, proditque *Bregae* 1611. 4. In quo ejus fundationem, legum-lationem, lectionum seriem, & insignium & emblematum ornatum fuse admodum describit. De eodem

omnibus tanquam ex equo illo Trojano, felicissimus doctorum hominum prouentus uenit. Hi enim, cum prima eruditionis fundamenta in Silesia posuerint, ad summa deinde cujusuis doctrinae fastigia eluctabantur. *Academiam* quod non habeat Silesia, Polonorum inuidia (63) factum est. Cum enim munificentissimus senatus Vratislauiensis, praesertim Capitaneus ejusdem *Dn. ab Haunold* (64), uir nomine & uirtute nobilis, opera *Vladislai*, Hungariae & Bohemiae regis, Academiam erigere conaretur, *Cracouienses* impedimento fuerunt; quorum instinctu *Julius II.* Pontifex

N 2 Rom.

dem ejusque Rectoribus quoque egit uir de patria maxime meritus *Godofredus Thile a Thilau*, in programmate quodam Dramatico. Inscriptiones uero ibidem obuias publici fecit Juris *Ambrosius Schultes*, impressae *Olsnae Silesior. 1666. 8.* Et *Operae studiorum & Exercitiorum Ludi Bregensis* lucem aspexerunt *Lignicii 1599. 4.*

(63) Vid. *Henelius l. c. cap VI. p. 699.* Et *Curaeus l. c. p. m. 223. & p. 280.*

(64) *Johannes* nimirum *ab Haunold*, uir praestans consilio & dignitate, qui suo tempore egregie retudit fastum sacerdotum, teste *Curaeo, l. c. p. 224. & p. 279.*

Rom. cuius uenia & auctoritate opus erat ad instituendam sublimiorum artium scholam, Priuilegia ipsis denegauit (65). Celebrantur alias a grauitate & seueritate disciplinae, *Schola Rhodia* & *Massiliensis*; Sed si nata ex Ecclesia, & ad aeternitatem spectantia scholarum ornamenta, si disciplinae neruos pluris facimus, quam euanidam Ethnicorum sapientiam, longe nostras illis antecelluisse fatebimur. Sunt enim prorsus similes optime constitutae politiae, legibus, doctrina atque aliis honestis exercitiis praeclarissime sancitae ad hunc finem, ut adolescentia a teneris imbuta sanctis de Deo sententiis, ad timorem & inuocationem Numinis diuini flecteretur. Hinc quoque auorum & nostra aetate doctorum uirorum summa eruditione, uariis artibus & disciplinis praestantium maxima copia. Cujus rei fidem, si quis mihi abnuat, audiat *Philippum Melanchthonem*, cujus haec de Sile-

(65) Jam autem, inuiti licet, Academia a Diuo LEOPOLDO Imp. A. 1672. fundata, ab eoque LEOPOLDINA dicta gaudent Vratislauienses, cuius inaugurationis programma exhibet *Scholiastes Hevelianus cap. VI. p. 700. sqq.*

Silesia uerba, in *Epistola* ad *Henricum* Lignicensium Ducem perscripta, hodieque extant: *Non alia gens in Germania plures habet eruditos uiros in tota Philosophia, nec in ulla parte Germaniae plures ex populo discunt, & intelligunt doctrinas. Multi etiam ad Pöesin & Eloquentiam idonei sunt.* Vrsini, Logi, Rosini, Langi *carmina doctissimi uiri in Italia laudarunt* (66). Si recensere deberem perillustrium illorum doctrina uirorum nomina, quam magnus mihi dicendi campus aperiretur? Quot enim sanctos Theologos! quot prudentissimos publici priuatique Juris consultos! quot solertes Medicos! quot graues Philosophos! quot subtiles Mathematicos! quot eruditos Philologos! quot acutos Politicos! quot disertos Oratores! quot denique ingeniosissimos Poetas! in medium producere possem? Sed paucos tantum attingamus. Inter Theologos celebres fuerunt *D. Joh. Hessus* (67), primus apud Ecclesias Vratislauienses

(66) Vide *Ejus Commendationem Silesiae*, ad eamque *Scholia* nostra *N. VIII. sqq.*

(67) Verum hic non erat gente Silesius, sed Norimbergensis Francus, natus A. 1490. d. 23.

enses repurgatae doctrinae instaurator, qui auditoribus suis indefesso studio non nisi ex diui-

d. 23. Septembr. Doctoris gaudebat titulo & desertis Romanensium castris *Primus Vratislauiensium Euangelista* audit *Abrah. Sculteto Dec. I. Annal. Euangel. p. 302.* Quippe A. 1523. Aedi Magdalenaeae Pastor praefectus, indicante *Tobia Cobero* hoc uersu chronologico:

HeSSe DeI VerbVM pVrIs e FontIbVs affers.

Decedebat autem A. 1547. d. 6. Jan. sacro, ut uocari solet, trium Regum festo, cum per an. XXIV. dictam Parochiam feliciter administrasset & ad Annum aetatis LVI. peruenisset; Vid. *Melch. Adami* in Vitis Theologor. Germanor. p. m. 183. sqq. *Martinus Hankius* in Silesiis Alienigenis p. 371. sq. & *M. Adamus Pantkius* in der Beschreibung der Breßl. Pastorum zu St. Mar. Magdal. p. 6. sqq. Famam summi huius Theologi & Oratoris omni studio apud posteros ex odio desertae Religionis denigrare equidem conatus est *Autor* des in Schlesien gewaltthätig eingerissenen Lutherthums *p. 87. sqq.* Sed quo jure, cordatiores & a partium studio alieni facile perspiciunt. Symbolum, quo utebatur, ad haec *Psalmi CXVI v. 10*

diuiniſſimarum Scripturarum Itinerario infallibilem uitae ſalutisque aeternae uiam

v. 10. uerba directum erat: *Credidi, propter quod locutus ſum: Ego autem humiliatus ſum;* Vid. *Symbolothecam meam doctam P. I. p. 91.* Primus quoque parens, hoc eſt, primigenius Bibliothecae Magdalenaeae conditor dicitur *Chriſtophoro Colero in Oratione de eadem Bibliotheca Lit. B. 5. col. 2.* In qua & ejus imago cum hoc *Melanchthonis* elogio conſpicitur:

Quod tenebris pulſis & ſaecli nocte prioris,
Lucem Euangelii clara Budorgis habet:
Debet id omne DEO, magnique laboribus HESSI,
Qui fuit hic uerbi Buccina prima ſacri.

Euolue *Hanſi Memorias Concionatorum Vratislauienſium p. 34.* Caeterum literis conſignauit latinis librum, *SILESIAM MAGNAM*, inſcriptum ſed non editum, de quo pluribus agit *Rungius l. c. Spec. IV. p. 77. ſqq.* Inclaruit etiam hiſce hymnis: O Menſch bedenck zu dieſer Friſt & O Welt ich muß dich laſſen; Relatus propterea a *CL. Wetzelio* Hymnopoeos inter celebres *P. I. Hymnopoeographiae p. 420. ſqq.*

commonstrauit. Clarissima item Doctorum aliorum celebrantur nomina. Prodeant enim *Job. Aurifaber* (68), olim Academiae

(68) Gener hic fuit *Hessi*, Ecclesiaeque in Patria Vratislauiae Elisabethanae Pastor & reliquarum Inspector; uir tam literarum, quam religionis doctrinae peritissimus, cuius uitae Periochen complectitur epitaphium, memoriae ipsius positum:

Johanni Aurifabro Vratisl. S. Theol. D. & Ecclesiae hujus Pastori, Academiarum Witeb. & Rostoch. quondam Professori, ante reditum uero in patriam Samlandiae, Pomesaniaeque in Borussia per plures annos Praesidi, Viro, purae religionis studio, & totius Philos. inprimis uero Mathes. ac Lingg. praecipp. cognitione CL. Vita in his terris annos LI. M. VII. dies XVII. honeste ac laudabiliter acta, An. uero M. D. LXVIII. die M. Octobr. XIX. superstite coniuge Sara, Joh. Hessi Theol. Doct. filia, quae quadriennio post, relictis IV. filiis & II. filiabus diem suum obiit, feliciter & sancte mortuo, Laurentius Scholtzius Vratisl. Phil. & Med. Doctor socero & socrui optt. hic conditis, officiosae pietatis ergo

P. M. D. XC.

In

miae Rostochiensis Professor; *Esaias Heidenreichius* (69); *Ambrosius Moibanus* (70)

N 5 *Johan-*

In memoria aeterna erit iustus.

Vid. *Adami* l. c. p. m. 186. sqq. *Pantkius* in der Beschreibung der Breßl. Pastorum und Inspectorum p. 21. sqq. *Hansi* l. c. p. 9. Et *Chytraeus* in Deliciis Itinerum p. m. 323.

(69) *Jo. Aurifabri* in eadem dignitate successor, uir autoritate, eruditione, scriptis & praeclaris meritis longe lateque celebratissimus, qui scholae & ecclesiae per multos annos ita praefuit, ut clarissimum uerae pietatis & orthodoxae fidei extiterit exemplum; Vid. *Eberti* Leorinum Eruditum p. 20. sqq. *Pantkius* in denen Breßlauischen Pastoribus und Inspectoribus p. 27. sqq. Et *Hansi* l. c. p. 10.

(70) Collega *Hessi* doctus & pius, quem Vratislauienses A. 1525. Elisabethano praefecerant templo; *Adami* l. c. p. 256. sqq. *Hansi* l. c. p. 75. sqq. Et *Pantkius* l. c. p. 7. sqq. Confer das in Schlesien gewaltthätig eingerissene Lutherthum *p. 178. sqq.* Vbi uero eum iisdem, qua *Hessum*, temerario ausu, proscindit calumniis. Hymnopoeis accensetur celebrioribus a *Sculteto in Hymnopoeis Silesiis p. 30.*

Johannes Fleischerus (71); *Zacharias Herrman-*

p.30. & *Wetzelio l.c. P.II. p.181.* Mortalemque se esse sentiebat A.1554. d. XVI. Jan. cum natus esset Vratislauiae A.1494. Euolue die Vergnügungen müßiger Stunden *P.XII. p.67. sqq.* Vbi tamen per errorem filium ejus *Johannem Baptistam Moibanum*, Medicum Augustanum, solo *Johannis* nomine indigitaui, seductus ab *Adamo in Vitis Medicorum p.m.120.* Verum certiora iam edoctus a *Sal. Frencelio, Jun.* Cujus parens *Ambrosii Moibani* filiam in matrimonio habuerat, lubens sententiam meam muto, simulque publice hic profiteor, me hac in parte *reuerendum Pantkium P.XVI.* der müssigen Stunden *p.298.* falso erroris accusasse; Ita enim *Frencelius Libro Tumulorum p.m. Edit. Pragensis 148. sqq.* scribit:

Moibanus, Pater, *Ambrosius*, Patriae decus ingens,
Anna mihi genetrix & *Bonikinna* fuit.
Bresla mihi cunas, doctrinam *Gallia*, eandem
Italia, ingenium *Pallas* amica dedit.
Philosophum studium, ars *Medicum*, natura *Poëtam*

Fecit,

mannus (72); *Johannes Müllerus* (73); *Hierony-*

Fecit, *Pictorem* me simul artificem.
Vxorem & *Sobolem* dedit urbs *Augusta*, *Penates*
Auxit, & illa suo me sepeliuit agro.
Inuito me fama uolat: *Baptista Joannes*
Quinque procul *Fratres* artibus anteiit.

Seu secundum exemplar Wittenbergense:

Fratribus exemplum nobile *quinque* fuit.

(71) Dignus *Esaiae Heidenreichii* successor, cuius uitae curriculum legas *P. XVII.* der Vergnügung müßiger Stunden *p.* 464 *sqq.*

(72) Qui eadem in dignitate successit *Jo. Fleischero*; Vid. *Pantkius* in denen Breßlauischen *Inspectoribus p. 39. sqq.* Et *Hansi l. c. p. 12.*

(73) Summi huius Theologi uitam exposuit *Wittenus* in *Memoriis Theologorum p. 1769. sqq.* Et *in Diario Biographico ad A.* 1672. Erat autem Pastor Ecclesiae ad S. Petri Hamburgi & Rev. Ministerii Senior, qui A. 1672. festo Michaëlis suggestum conscensurus, animam exhalabat; Vide

ronymus Scultetus (74); Episcopus Brandeburgensis & orator grauissimus; *Andreas Baudisius* (75); *Herrmanni* (76); *Thebesii* (77);

Vide *Fabricii Memorias Hamburgenses P. II. p. 863.*

(74) De quo agit *Hankius in Silesiis Indigenis cap. LXIV. p. 191. sqq.*

(75) Theologus hic grauissimus & ueritatis ecclesiasticae adsertor felicissimus, prout habet Inscriptio sepulchralis, Superintendentis munere fungebatur ultra XV. annos in Ducatu Lignicensi & Wolauiensi, de quo euolue *Adamum l. c. p. 847. sqq.* Lucem capiebat Vratislauiae 1557. d. 3. Junii, eamque iterum amittebat Lignicii A. 1615. d. 3. Jan. aet. LVIII.

(76) Quos inter eminet *M. Michaël Hermannus*, Ecclesiae Vratislauiensis Primariae ad D. Elisabethae Pastor, & Ecclesiarum Scholarumque ibidem Inspector; *Pantkius l. c. p. 59. sqq.* Vt & *M. Daniel Hermannus*, Auctor *Spongiae abstersoriae contra Abrah. Bzouium*, Ecclesiae Vratislauiensis ad D. Elisabethae Ecclesiastes; *Idem* in der Beschreibung der Breßlauischen Mittags-Prediger zu *St.* Elisabeth *p. 18. sqq.* Nec non *M. Michaël Herrmannus*, Diaconus Senior Vratislauiae ad St. Mar. Magdal. Aedem;

(77); *Kutſchenreuteri* (78); *Keſeleri* (79); aliique. Nec non *Dauid Pareus* (80); *Zacharias Vrſinus* (81); *Abrahamus Scultetus* (82);

dem; *Hanſi l. c. p. 42.* Et *Eſaias Herrmannus*, Eccleſiae Eliſabethanae Vratislauiae Senior & Archi-Diaconus; *Idem l. c. p. 25.* Confer die berühmte Schleſiſche Prieſter-Qvelle *P. I. p. 22.* Et *Symbolothecam Doctam P. I. p. 89. ſqq.* Neque ſilentio hic inuoluendus eſt *Joannes Hermannus*, Coebenenſium in Sileſia Theologus ſummus, cujus hymnos complures publice decantandos Eccleſiae noſtrae dudum recipere non ſunt dedignati; De quo conſule *Neumeiſterum de Poëtis Germanicis p. m. 48.* Et *VVetzelium l. c. P. I. p. 385. ſqq.*

(77) De his conſule die berühmte Schleſiſche Prieſter-Qvelle *P. I. p. 33.* Et *Cunradi Sileſiam Togatam p. 304.*

(78) Horum notitia ex iiſdem fontibus haurienda eſt.

(79) Neque de his alios fontes, quam quos iam dixi, indicare poſſum.

(80) *Caluini* aſſocia; De quo euolue *VVittenii Diarium Biogr. ad ann. 1622.* Et *Erdmanni Vhſenii Lexicon* derer Geiſtlich-Gelehrten *p. 848. ſqq.*

(81) Et hunc *Caluini* caſtra ſecutum fuiſſe notum

(82); In antiquissima Heidelbergensi Academia olim Professores; *Christoph. Pelargus* (83), & *Fridericus Reichelius* (84); exquisi-

notum est, hinc & in Inscriptione sepulchrali *Propulsator Haeresium de Persona & Coena Christi* audit *acerrimus*; Vid. *Adami l. c. p. 529. sqq.* Ex intemperie studiorum autem mortem sibi accelerasse dicitur. Literis enim ita indefesse incubuit, ut etiam Musaeo suo hanc apponi curauerit Inscriptionem;

Amice, quisquis huc uenis,
Aut agito paucis, aut abi:
Aut me laborantem adiuua.

(82) Neque hic a *Caluini* secta alienus fuit; Vid. *Ubsenius l. c. p. 931. sqq.*

(83) Suidnicium hunc genuit A. 1565. patre *M. Jo. Pelargo*, Ecclesiae ibidem ad D. Mariae Virginis tunc primo Euangelico Pastore. *Praecocibus* illum annumerat Eruditis *Jo. Klefekerus in Bibliotheca p. 284.* Et Praesulis totius Marchiae ut & Professoris Publici munere fungebatur in Academia Francofurdiana, ubi etiam A. 1633. in Rectoratu suo lumina claudebat; Vid. *Becmannus*, qui ejus familiam & vitam satis copiose persequitur, *in Notitia Vniuersitatis Francofurdianae p. 122. sqq.*

quisitae eruditionis (hoc enim concedendum est illis elogium) uiri. Sed quid de *Salomone Gesnero*, Academiae huius Wittebergensis celeberrimo olim Professore ac Doctore proferam? Huius uiri integritatem judicii, ingenii acritatem, eruditionis

sqq. Praecipiti uero lapsu ab Ecclesiis nostris diuortium faciebat, & desultoria illa & pudenda in Religione leuitate, sua in Ecclesiam merita ita foedabat, ut in exemplum tandem abierit Apostatae insolentissimi; Euolue *D. Jo. Henrici Feustkingii Palinodiam sacram p. m. 11. sqq.* Notandum autem, quod *Pelargus* turpissimam suam defectionem publice & solenniter testatus sit A. clↃ IↃc XVII. *retractatione & correctione Compendii sui Theologici*, quod quidem tunc longe alio habitu prodibat, quam primis editionis annis conspiciebatur. His enim simplici & decoro uestitu cum nudo ueritatis apparatu apparebat, postea uero, ut *Balduinus in Examine Compendii §. 6. sqq.* loquitur, stibio Caluinistico deformatum, in Ecclesiae proscenium producebatur. Confer *Catalogum Bibliothecae Schraderianae P. I. Lit. a. 2. col. 1.*

(84) De quo uide *Becmannum l. c. p. 168 sqq.* Et *Cunradum l. c. p. 231. sqq.*

tionis omnigenae ubertatem multi agnoſcunt & admirantur. Illi enim quanta in animo probitas? Quanta in omni uita pietatis cura? quantus religionis propagandae Zelus, puritatis conſeruandae ardor, ueritatis aſſerendae fides? quanta in maximis Eccleſiae negotiis adminiſtrandis altitudo animi, prudentia, dexteritas? quae concionum eius uis, quae facundia? quam dilucide omnia & diſtincte, quam ſolide quoque & neruoſe, addo & breuiter omnia propoſuit (85)?

Si nunc ad honorificam Ictorum claſſem pergo, proh Deum immortalem! quam multos Jurisperitiſſimos depraedicare poſſem! Verſatur mihi inprimis ante oculos *Nobiliſſima Reuſnerorum Familia*, de qua plenae ſunt hiſtoriae, plena ueterum monumenta, plena eſt omnis uetuſtas & ſi uerum fateri uolumus, ſola antiquitate laborat *Gens Reuſneriana*, quae pro-

(85) Huius Theologi Memoriam renouauit *Adami l. c. p. m. 740. ſqq.* & *Vhſenius l. c. p. 192. ſqq.* Praeter alia ſcripta extat quoque *Ejus* Warnung an die Schleſier vor Callviniſchen Irrthümern, *Viteb. 1602. 8.*

propemodum ſicut dignitate antecedit plurimas, ita uetuſtate annos & ſpatium temporis poſt ſe relinquit. Ex hac ortus *D. Nicolaus Reuſnerus* (86), uirtute ſingulari eruditione multiiuga, diuerſiſſimarum linguarum excellenti cognitione, plurimarum & maximarum rerum uſu uere illuſtris & incomparabilis vir. Hic genti ſuae clariorem alluxit faculam, & nominis magnitudine in uarias orbis partes eam diſſeminauit. Hic a Duce Würtembergico *Ludouico* & Ordinibus Sueuicis cum duobus aliis Jctis, Camerae Imperiali Aſſeſſor conſtitutus, ſed mox a Senatu Argentoratenſi euocatus, ſua ibi dexteritate & fide in iure explicando, deque eo reſpondendo ſatisfecit. Poſtea Jenam euocatus, tandem a Saxoniae Pro-Electore ad conuentum Regni & Procerum Poloniae, cum Conſiliariis ipſius Imperatoris & Electoris Brandenburgici miſſus fuit, ut ſocia aduerſus Turcam arma peteret. Eo antequam iret, a *Rudolpho II.* Auguſto in comitiis Ratisbonenſibus non ſolum laurea poëtica fuit

(86) Copioſe de hoc actum eſt *P. XVI.* der müßigen Stunden *p.346. ſqq.* Confer *Symbolothecam Doctam P. I. p.136. ſqq.*

ornatus, sed & Comes Palatinus declaratus, & augmentum Insignium Gentilitiorum consecutus, quibus indultu Caesarum & gratia, multis ante annis familia Reusneriana fuerat usa. Quid de *Bartholomaeo Reusnero* proferam? qui in hac Academia Professor & Juridicae Facultatis Ordinarius & Vice-Decanus perpetuus ac Academiae Senior, Serenissimi praeterea Saxoniae Electoris Consiliarius, Curiae Prouincialis & Dicasterii, nec non Consistorii ecclesiastici hic Wittebergae & supremi Appellationum Judicii Assessor (87) grauissimus fuit? Quis, quantum laudis & glori e *D. Jeremias Reusnerus* (88) meruerit, ignorat? qui in hac Academia ante paucos annos Professor Ordinarius & Electoris Saxonici Consiliarius fuit eminentissimus. Sed ad alios quoque pergamus. Occurrit ultro *Joh. Langus*, Ferdinandi I. Imperatoris Consiliarius & Orator perpetuus. Hic magnas

(87) Vid. *Witte in Memoriis Ictorum p. 137. seqq.* Et *And. Sennertus in Athenis Wittebergensibus p. 150.*

(88) De quo euolue *Eberti Leorinum Eruditum p. 47. sqq.*

magnas & arduas pro christianae reipublicae aris & focis suscepit legationes. Hic tanta eloquentiae efficacia praeditus fuit, ut multi sermone eius obstupefacti eum non loqui & orare, sed quod *Pericli* contigit, fulgurare & tonare existimarint (89). *Hieronymus Treutlerus* (90), Caesareus in Bohemiae regno Consiliarius, &

(89) De quo consule *Notata mea* ad *Melanchthonis Commendationem Silesiae* n. IX.

(90) Multis nominibus hic inter JCtos eminet, obque insignem eruditionem cum bonis moribus coniunctam adeo inclaruit, ut e Cathedra Academica Marpurgensi euocatus, a consiliis *Rudolphi II.* Imp. & Fisci regii per utramque Lusatiam Patronus fieri meruerit; Vid. *Freherus in Theatro p. 971. sq.* & *Henelius cap. VII. p. 577. sqq.* Nascebatur Suidnicii A. 1565. diemque obibat supremum Budissinae A. 1607; Vbi ejus epitaphium a se uiuo compositum hodienum conspicitur; Euolue *M. Jo. Christophori Wagneri Monumenta Budissinensia p. 14. sqq.* In Symbolum eius: *Fortiter & moderate*, extat *Jo. Lindneri* carmen, *Lignicii 1603. f.* editum; Et de inexorabili ejus censore *Reinero Bachouio* agit *celeberrimus Gundlingius P. I, Otiorum p. 223. sqq.*

Fisci regii per utramque Lusatiam Aduocatus. *Sebastianus Gerstmannus* (91), Caesareus & Electoralis Consiliarius; *Jacobus Monauius* (92), de quo, cum antea per totam Italiam, Galliam, Belgium, peregrinatus fuisset & domum rediisset, non *Monauius*, sed quicquid esset literis & uirtute

(91) Vid. *Becmannus* in Notitia Vniuersitatis Francofurtanae p. 159. sqq. *Adami* in Vitis ICtorum p. 350. sqq. Et *Henelius* l. c. cap. VII. p. 50. sqq.

(92) Florebat suo tempore maxima nominis fama, & sicuti de *Friderico* Electore Saxoniae, qui *Sapiens* cognomen meruit, *Melanchthon* dicere solebat: *Selegisse illum florem ex omnibus uirtutibus*; Ita de *Jacobo nostro* uere diceres: *Selegisse illum ex omnibus literis, quod esset pulcherrimum*; Vid. *Adami l. c. p. 389. sqq.* Symbolum ejus: *Ipse faciet!* uariorum Auctorum carminibus expressum & decoratum prodiit *Gorlicii 1595 8* Et *Musaei Monauiani* inscriptionem exhibet *Chytraeus in Deliciis varior. Itinerum p. m. 322. sq.* Consiliarii autem munere fungebatur in Aula Lygio-Bregensi, & lumina claudebat Vratislauiae A. 1603. *Cunradi l. c. p. 190.*

tute clarum, Vratislauiam uenisse, iudicabatur (92); *Georgius Tilenus* (93); *Joannes Reimannus* (94); *Jo. Mezelerus* (95); *Geor-*

(93) Serenissimi Principis *Caroli*, Ducis Monsterbergensis & Olsnensis, erat Consiliarius, uir sapientia, doctrina, dignitate, consilio & omnibus uirtutibus praestans; Homo, quem natura Poëtam & fortuna Ictum fecerat & Aulicum; Vid. *Eberti Peplum bonorum Ingeniorum Goldbergensium p. 42. sqq.* Et *Henelium cap. VII. p. 191.* Varia scripsit Poëmata, quae, praemissa uitae descriptione, edi curauit *Jo. Mehlius*, *Tileni* quondam collega, *Lipsiae* 1597. 8.

(94) Consiliarius & Cancellarius Lygio-Bregensis; Vid. *Eberti Leorinum Eruditum p. 38. sq.* Et *Henelium cap. VII. p. 254.*

(95) Lipsiae primum docebat literas graecas, postea Vratislauiae Juris scientia honores praecipuos, Capitanei nimirum dignitatem, & principem inter uiros senatorii ordinis locum consequebatur, ubi etiam ad uitam meliorem A. C. 1538. d. 2. Octobr. euocatus est. Scholarum ita erat amans, ut ipsemet in summa iam dignitate constitutus, in schola Elisabethana discentibus optimae notae auctores, *Demosthenem*, *Plutarchum* & *Cicero-*

Georgius Meblius (96); *Andreas Geislerus* (97); *Wenceslaus Neumannus* (98); *Petrus*

Ciceronem quotidie praelegeret, nec ab iis operis abstrahi se pateretur, uel summis & catenatis occupationibus, uel molestissimis podagrae doloribus, quos quidem adeo fertur tulisse facile, ut non auaritia, sed suis quibusdam rationibus ductus, affirmauerit: *Si optio sibi daretur, malle se podagram cum diuitiis, quam bonam ualetudinem cum paupertate.* Caeterum merito illum referas inter amatores libri cuiusdam, quippe qui *Terentii Comoedias* assidue lectitabat, ita ut nec de mensa quidem unquam seponeret; Vide *Adami Vitas Ictorum p. m. 67. sqq.* Et *Hankii Silesios Indigenas p. 239. sqq.*

(96) Primum Fisci regii per Silesiam Patronus, mox uero Bohemiae Pro-Cancellarius & III. Impp. Consiliarius; Vir eximiae, dum uiuebat, & auctoritatis & dignitatis; *Henelius cap. XII. p. 1199 sqq.*

(97) Ducum Ligio-Bregensium peculiare olim oraculum, nec non Ducatus Lignicensis Cancellarius & Principum atque Ordinum Silesiae Consiliarius & Orator grauissimus; *Idem cap. VIII. p. 669. sqq.*

(98) Aulae Electoralis Saxonici Cancellarius; *Cunradi in Silesia Togata p. 201.*

trus Sprembergerus (99); *Godofredus Baudisius* (100); *Georgius Schoenbornerus* (101); *Adamus Curaeus* (102); *Jacobus Schickfusius* (103); *Nicolaus & Georgius Scholtzii* (104);

 Gott-

(99) Reipublicae Vratislauiensis Syndicus, ut & Ducatus Pro-Cancellarius; *Idem l. c. p. 293.*

(100) Principum Lignicensium Consiliarius & Cancellarius; *Idem l. c. p. 13.*

(101) Vir hic nobilissimus, & ab Jurisprudentia, ab Historiarum lectione, ab literis politioribus instructissimus, Consiliarius erat Caesareus ac Fisci regii per inferiorem Silesiam & Lusatiam Patronus; *Henelius cap. VII. p. 131. sqq.* Scripsit *Politicorum Libros VII.* quos ob intermixtas materias Juris publici commendari uideas apud *Struuium in Bibliotheca Philosophica p. m. 141.* Confer *Morhofium T. III Polyh. L. II. § 3.*

(102) Jurisprudentiae Doctor & Reipublicae Glogouianae Aduocatus; *Henelius cap. VII. p. 161 sqq.*

(103) Phil. & J. V. D. Sacr. Caes. Majestati & Ill. Prr. Ligio-Bregensibus a consiliis, ut & Fisco regio per Silesiam superiorem a reditibus, qui auram cepit *Suibusii* A. R. S. cIↄ Iↄ LXXIV. d. 21. Jan.

diem-

Gottfried Suevus (105), Academiae huius Pro-

diemque obiit supremum Vratislauiae A. 1637. d. 15. Septembr. Dignum meritis suis encomiasten habuit *Henelium cap. VII. p. 544.* qui manibus *Schickfusianis* insigni parentauit elogio. Confer *Cunradi Silesiam Togatam p. 264.* Et *Lucae Memorabilia Silesiae p. 555.* Qui tamen, in nostrum tantum non ubique iniurius est. Nonnulla, quae studia eius spectant, *in Praef. Chronici sui* ipse exposuit & *L. IV. c. 27. p. 161.* plura de Maioribus & Cognatis leguntur; Add. *Jo. Herrmanni Aulaeum Familiae Schickfusianae.* Is ipse uero est, qui *Curaei Annales* suppleuit ac continuauit edito *Chronico Silesiae, Jenae 1625. f.* Sed non parem apud omnes eo sibi peperit gratiam. Hinc *Lipsiae* postea foliis quibusdam denuo expressis, multis in locis uarias subiit mutationes; Vid. *Rungius l. c. Spec. II. p. 40. sqq.* Vbi fata huius Chronici fuse satis enarrat, simulque loca interpolata & emendata curate inter se confert. Multas uero ob causas Chronicon hoc apud plurimos male audit; praecipue autem ob acrimoniam stili & errores in Priuilegiis allegandis & uerbotenus recensendis commissos; *Struuius in Bibliotheca Historica p. 529. sqq.*

Professor. *Reinhardus Rosa* (106); *Nicolaus Henelius* (107); *Georgius Frantzkius*

O 5 (108)

(104) Hi illustriss. Comitum Barbiensium in Saxonia Consiliarii, nec non Ordinis Juridici in Academia Leucorea Assessores, Electoralisque Judicii Aduocati fuerunt Primarii; de quibus adi *Eberti Leorinum Eruditum p. 56. sqq.*

(105) Videatur *Idem l. c. p. 63. sqq.*

(106) Huius Patria erat *Lipsia*; & Ducatus Vratislauiensis Cancellarium, eiusdemque Reipublicae agebat Syndicum; *Cunradi l. c. p. 245.*

(107) De *Henelio* nostro haec habe: Nascebatur Neostadii A. 1584. atque hinc corrigendus est *Abrah. Ortelius*, qui *in Theatro Orbis Terrarum* ex comitatu *Glacensi* prodiisse & *Francosteinii* natum fuisse *Henelium* prodidit; Syndici uero munere fungebatur Vratislauiae, ibique fatis cedebat A. 1656. d. 23. Jul. aet. 74. Plurimis egregiis rei litterariae monimentis nominis sui famam perennem reddidit, quae *Auctor Praef. ad Silesiographiam eius Renouatam* fuse admodum recenset. Confer *Rhonii Epistolam I. de quibusdam ineditis Historiae Silesiacae Scriptoribus Lit. B. 1. col. 2.* & *Tentzelium* in der *curieusen Bibliothec A. 1704. p. 721.*

&

(108); Comes Palatinus & Cancellarius Saxonicus in Aula Gothana; *Petrus Muccius a Muccendorff* (109), Vratislauiensis Rei-publi-

& 1706. p. 147. sqq. Vbi *Silesiographiam eius Renouatam* sub examen uocat.

(108) Vitam & fata summi huius JCti descripsit *Hanckius in Panegyrico in ejus obitum*, qui primum inter illius orationes *Lipsiae* 1673. 8. typis impressas locum habet; Nec non Cl. *Jo. Henr. Ackerus*, quam *Lipsiae* 1714. 8. edi curauit; Encomiasten meritis suis dignum quoque habuit *Henelium l. c. cap. VII. p.* 271. Nascebatur *Leobschützii* An. 1594. & denascebatur *Gothae* A. 1659 Erat uero tot tantarumque virtutum homo, quot & quantas natura mortalis recipit, uel industria percipit; inprimis Jure tam Canonico quam Ciuili adeo peritus, ut a priscis Scaeuolis, Papinianis, Vlpianis aliisque si discesseris, paucos invenias, qui *Frantzkio* nostro Juris legumque scientia sine exaequandi. Varia reliquit scripta doctissima & subtilissima, quae *Wittenius in Memoriis JCtorum p.* 363. recenset.

(109) Vid. *Cunradus l. c. p.* 193. Vbi & eius Symbolum: *Proponit Maxima Virtus*, notatur. Abdicabat se A. 1669. munere

publicae Syndicus & Caesareae Maiestatis Consiliarius, nec non Comes Palatinus; *Gottfridus Eichhorn* (110), Illustrissimi Principis *Ludouici*, Ducis Lignicensis & Bregensis, Consiliarius grauissimus, & alii quam plurimi, qui omnes Juris scientissimi viri.

In celebri Medicorum numero tibi merito, *D. Daniel Sennerte*, primas, secundas, tertias tribuere possum. Tu tibi exegisti monumentum ære perennius, quod non edax imber, neque Aquilo impotens diruet. Huius viri fama & gloria ita totum complexa est eruditum orbem, ut non Germania tantum mater, quacunque patet, sed uicina quoque Belgarum natio, & alius orbis uetustis seculis, oceano undique circumfusa Britannia canat. De humanissima autem Gallorum gente quid dicam? quae amat colitque haut tantum, sed gnaua in recudendis *Sennerti* scriptis tueri etiam studet? Quid de Italia, Magistra elegantiarum ueteri, & omnis propemodum huma-

re publico, eique succedebat *Daniel Caspar a Lohenstein*, Consiliarius olim Olsnensis.

(110) Vid. *Cunradus l. c. p. 64.*

humanae ſapientiae lare? quae adhuc memor magnitudinis priſtinae, & quiddam altius ſpirans, ut reſtauratarum non modo artium & diſciplinarum decus, uerum ingenii atque acuminis etiam laudem, auida gloriae, uindicet, *SENNERTVM* tamen maxime admiratur, & ejus nomini nunquam non libentiſſime aſſurgit (111). Huic adiun-

(111) Hic exercendo docendoque medicinam publice Wittebergae XXXV. an. quoddam quaſi augurium egit ſalutis, eaque de re inter Electorales Archiatros adſcriptus in locum principem ſua uirtute aſpirauit, teſte Inſcriptione ſepulchrali *in And. Sennerti Athenis Wittebergenſibus p. 151.* Lucis uſuram capiebat *Vratislauiae* An. cIɔ Iɔ LXXII. die XXV. Nouembr. iterumque exſpirabat *Wittenbergae* cIɔ IɔC.XXXVII.d.XXI. Julii; Vid. *Witte in Memoriis Medicor. p. 88. ſq.* Opera eius non ſolum in Galliis, ſed & in Italia non ſemel, & apud Batauos recuſa fuerunt. Epitome omnium ipſius Operum prodiit Coloniae Allobrogum An. 1655. Et magna hunc uirum penes pleraſque Europae gentes admiratio ſecundauit. *Guido Patinus*, Doctor Medicus Pariſienſis longe celeberrimus, *Sennertum*

adiungo *Johannem Cratonem a Crafftheim* (112), qui non solum Consiliarius Caesareus

tum, nostrum Auctorem bonae frugis plenissimum uocat, & omnibus Neotericis, uno excepto Fernelio, anteponit; Euolue *Jani Brantii Epistolas Celeber. Viror. p. 198. sq.* Hinc quoque inuidiae nunquam expers fuit, nec adhuc post pientissimos cineres superesse solet. Vsque adeo scribax & contentiosum est seculum nostrum, ut gloria hodie non nisi ex aliorum contemtu conquiratur. Qua in re inter exteros fere solus in ipsum citra studium ueritatis insurgit *Plempius*, uir, qui Medicos omnes Germanos impudenter compilatores uocat, cum ipse sit compilator ter maximus, si *Ophthalmographiam* praesertim eius examinemus. Sed illam scribens ophthalmia forsan laborauit. Inter Germanos praecipue eminet uir alioqui clarissimus, & Medicinae Graecorum, maxime Hippocraticae scientissimus, *Caspar Hoffmannus*, sed gloriae *Sennerti*, si quisquam, impatientissimus. Possem hoc demonstrare, nisi ad alia mihi iam progrediendum esset.

(112) De hoc Medico celebratissimo lege *Adami Vitas Medicorum p. m. 261. sqq.* Vt &

reus & Comes sacri palatii fuit, sed trium quoque Impp. *Ferdinandi I. Maximiliani II. Rudolphi II*, Patris, Filii & Nepotis Archiater. Quid de *Joh. Langio*, qui quinque Electorum Palatinorum Medicus excellentissimus, &, *fatente Osiandro*, vir plurimae lectionis & iudicii acutissimi (113)? Quid de *Petro Monauio* (114); *Antonio Nigro* (115); *Laurentio Schultzio* (116); *Jacobo*

& *M. Theodori Leubscheri Continuationem de Claris Gryphiis p. 11. sqq.* Nec non *Symbolothecam Doctam P. I. p. 48. sq.*

(113) Huius Medici vitam & merita pluribus recensui *P. VIII.* der Vergnügungen müßiger Stunden *p. 59. sqq.*

(114) *Rudolphi II.* Imp. hic fuit Archiater quondam dignissimus, cuius piis manibus *D. Laurentius Scholtzius L. I. Consiliorum & Epistolarum Medicinalium Jo. Cratonis a Kraftheim* inscripsit; Plura uero qui de eo scire desiderat, is adeat *Adami Vitas Medicorum p. m. 307. sqq.*

(115) Qui prius Academiae Marpurgensis Professor Publicus & deinde Reipubl. Brunsuicensis Physicus extitit; *Idem l. c. p. 76. sqq.* Scripsit *Consilium de tuenda valetudine*, quod prodiit *Lipsiae 1558. 8.*

(116) Hic Poliatri munere functus est Vratis-

bo Jocisco (117); *Joachimo Curaeo* (118); *Georgio Wirthio* (119); *Flaminio Gastone* (120) *Casparo Cunrado* (121); *Hieronymo Reusne-*

---

tislauiae; *Idem l. c. p. 363. sqq.* Confer de horto eius medico *Notata nostra supra n. VII.*

(117) Huius Medici memoriam seruat Academia Francofurtana, quippe in qua artem Asclepiadeam per plures annos publice docuit; Vid. *Becmannus in Notitia Vniuersitatis Francofurtanae p. 65.* & *Henelius l. c. cap. VII. p. 293. sqq.*

(118) Celeberrimi huius Medici & Historici Memoriam ad posteros transmisit *Jo. Ferinarius in Vita Joachimi Curaei*, Lignicii 1601. 4. exc. Vt & *Henelius l. c. cap. VII. p. 151.* & *Adami l. c. p. 167 sqq.* Confer *P. XV.* der müßigen Stunden *p. 270. sqq.*

(119) Erat hic *Ludouici*, Hungarorum Bohemorumque Regis Archiater & Decanus Budissinensis in Hexapoli; Vide *Hankii Silesios Indigenas p. 194. sqq.* Et *P. VI.* der müßigen Stunden *p. 59. sqq.*

(120) Illustr. Principis *Georgii Rudolphi*, Lign. & Bregens. Ducis hic erat Consiliarius & Archiater, nec non Reipublicae Gurensis Physicus; Vid. *Adami l. c. p. 437. sqq.* & *Henelius l. c. cap. VII. p. 541.*

Reusnero(122); *Melchiore Eccio*(123); *Daniele Wincklero*(124); *Mich.Döringio*(125); *Gott-*

(121) De Medico hoc & Poëta omnibus modis absoluto & felici euolue *Jo. Henrici Cunradi* filii *Silesiam Togatam p. 49.* Erat uero Reipublicae Vratislauiensis Physicus Ordinarius, ubi etiam Peste A.1633. d. 15. Nouembr. aet. an. LXIII. lumina claudebat, ceu patet ex *Aris exequialibus* honori atque memoriae ejus positis & *Vratislauiae 1634. 8.* editis.

(122) Florebat hic sub exitum Seculi XVI. & initium Seculi XVII. Nordlingaeque, celeberrimae Imperii urbis, Physici ordinarii munere fungebatur; Vid. *Henelius l. c. cap. VII. p. 256.* Et *Eberti in Leorino Erudito p. 45. sqq.*

(123) De felice hoc artis suae Practico & Physico Leobergensi ordinario euolue *Eberti Leorinum Eruditum p. 10.*

(124) Qui fuit Illustriss. Principum Ligio-Bregensium Consiliarius & Archiater; Vid. *Cunradi Silesia Togata p. 337.*

(125) Hic prius fuit Academiae Gissensis Prof. Publ. deinde Illustr. Principis *a Lichtenstein*, Ducis Oppauiensis Archiater, denique Reipublicae Vratislauiensis Physicus; *Idem l. c. p. 58.*

Gottfrido Willhelmo (126) & ſexcentis aliis? Quorum laudum pondera, ſi explicare uellem, magis mei ingenii imbecillitatem detegere, quam virtutem illorum, ſicut par eſſet, repraeſentare uiderer.

Si nunc ad porticum & ſtoam exſpatiari tempus mihi concederetur, quam ſummos & acutos Philoſophos nominare poſſem; ſed paucos tamen recolamus: Ecce adeſt *Martinus Opitius* (127), ſignifer & Princeps Germanicae Poëſeos, quem acutiſſimus *Buchnerus* Germaniae Maronem appellat. Hic non ſolum Poëta (quod nomen

P multis

(126) Quem Practicum egiſſe Vratislauiae apud *Eundem p. 335.* lego.

(127) Huius Encomium omnino eſſet pertexendum, niſi *Chriſtophorus Colerus*, in Oratione *de ipſius uita & laudibus* habita, *Lipſiaeque* 1665. 4. typis exſcripta, argumentum iam nobis praeripuiſſet; Et alii dudum Lectorum deſiderio ex affectatis feciſſent; E. g. *Wittenius* in Memoriis Philoſophor. Dec. IV. p. 439. ſqq. *Weiſius* in curieuſen Gedancken von deutſchen Verſen P. II. c. I. §. 12. *Neumeiſterus* in Diſſ. de Poëtis Germanicis p. 76. ſqq. Et *Wetzelius* in Hymnopoeographia P. II. p. 271. ſqq. Quos uide.

multis imperitis leue & indignum uidetur) sed excellens quoque Orator & Historiographus Regius: Hic antiquitatum monumenta tanto perscrutatus est studio, ut pauci pares ei putentur. *Petrus Vincentius*, Academiae huius & Gryphiswaldensis olim Professor, ac trium celebrium Gymnasiorum, Lubecensis, Vratislauiensis & Gorlicensis instaurator felicissimus (128); *Johannes Ferinarius* (129) & *Fridericus Kornmannus* (130), in hac Academia Professo-

(128) De quo euolue *Ludouici Histor. Scholarum P. I. p. 83. & 101. sqq. P. V. p. 310. sq.* Nec non *Matthaei Hansi* Schediasma *de Claris quibusdam Rectoribus alienigenis intra Lusatiam*, editum *Vratislauiae 1709.* Epitaphium eius, quod Gorlicii ostenditur, affert *Christian Gabriel Funccius in Descriptione Aedis Petro-Paulinae Gorlicensis p. 50.*

(129) Primum Wittebergae Ethices, postea in celebri Cattorum, quae Marpurgi floret, Academia Historiarum ac Poëseos egit Professorem; Vid. *Henelius l. c. cap. VII. p. 326. & Cunradus l. c. p. 72.*

(130) SS. Theol. Licentiatus & Philosophiae Practicae Professor Vitebergensis, hinc

fessores; *Laurentius Circlerus* (131), de quo *Sturmius* grauissime iudicauit: Hic est Vir magni ingenii, excellentis prudentiae, singularis eruditionis & doctrinae, summae diligentiae. *Dauid Origanus* (132);

hinc Pastor Halberstad. ad D. Martin. Vid. *Sueuus in Academia Vitebergensi lit. Eee. 2. col. 1. & Lit. Lll. 2. col. 1.*

(131) Gymnasii Goldbergensis primum Rector, & postea Illustris Athenaei Brigani Moderator, sed *Caluini* assecla; hinc dimissus obiit coelebs & exul Spirae Nemetum Anno 1598. aetatis suae 68. Hic secundum sacrarum literarum Codicem in Deliciis habuit *Psalmos* a *Lobwassero* rhytmis germanicis inclusos, eosque domi & in itinere decantare solitus; *Melanchthoniana* autem *scripta*, ut e manu raro, sic ex animo nunquam deposuit; Et inter prophanos *Ciceronis* & *Plauti* lectione delectatus fuit. Plura de eo tradit *Adami in Vitis Philosophorum p. 433. sqq.* Et *Eberti in Peplo Goldbergensi p. 7. sq.*

(132) Natalis Vrbs ei fuit *Glacium*, se ipsum tamen profitetur *Silesium*; Et quamuis urbs haec hodie *Bojemiae* adscribatur; Olim tamen inter Silesiaca Oppida numeratum fuisse, non dubia habentur indicia;

Paulus Wittichius (133); *Bartholomaeus Pitiscus* (134), insignes Mathematici; *Elias Reusnerus* (135), in Academia Salana Historia-

dicia; idque ipsum *Jo. Dubrauius* haud quaquam infitetur. Hinc ergo *Glacensium* plerique *Silesios* sese, quam *Boiemos*, indigitare malunt; Quos quidem inter effulget *Origanus*, Professor Mathematum olim Publicus Francofurtanus, cuius memoria ob diuinum illud *Ephemeridum Opus* non nisi cum siderum & coeli motu cessatura uidetur *Henelio l. c. cap. VII. p. 766. sqq.* Confer de eo *Becmannum in Notitia Vniuersitatis Francofurtanae p. 250. sqq.*

(133) De quo *Cunradus*, *in Silesia Togata*, sic canit:

Sidera VVittichius permensus, humumque iacentem,
Sidera nunc animo, corpore seruat humum.

(134) Hic *Friderico IV.* Electori Palatino a Concionibus fuit aulicis & in Mathesi sui temporis facile Princeps; Vid. *Adami Vitas Theologor. Germ. p. m. 833.* & *Cunradi Silesiam Togatam p. 214.*

(135) Videatur *Zeumerus* in Vitis Philosophorum Jenensium p. 53. sqq. *Henelius* cap.

ſtoriarum & Pöeſeos Profeſſor; *Andreas Tſcherningius* (136); *Nicolaus Steinbergerus* (137); *Martinus Taburnus* (138); *Daniel Vechne-*

cap. VII. p. 256. ſqq. *VVitte* in Memoriis Philoſophor. Decad. I. p. 62. ſqq. Et *Eberti* in Leorino erudito p. 42. ſqq. Hiſtoricus uero erat inſignis & Genealogicus ualde gnarus; Euolue *Magiri Eponymologium Criticum p. 706.* Operis eius certe Genealogici *Gabr. Naudaeus*, politiſſimus *Bibliographiae politicae* Auctor, homo Gallus, meminit *p. m. 108. ſqq.* Et *Exc. Dn.* Ludwig *in Germania Principe* tale de illo fert iudicium: *Hunc pro Epitomatore habeas Henningis, huius tamen errores quandoque emendauit, correxitque, lacunis etiam quibuſdam ſuppletis; Dignus, ut in manibus eorum ſit, qui haec ſtudia tractant.*

(136) Profeſſor hic erat Poëſeos in Academia Roſtochienſi; Vid. *VVittenus in Memoriis Philoſophor. Decad. VII. p. 338.* Ob uenam poëticam eum laudat *Morhofius* im Unterricht von der deutſchen Sprache und Poeſie *cap. 9. p. m. 389. ſqq.* & *Neumeiſterus in Diſſ. de Poëtis Germanicis p. 110. ſqq.*

(137) Scholarum Vratislauienſium Inſpector

Vechnerus (139); *Jo. Petrus Titius* (140); *Joachimus Pastorius* (141); & alii; Quibus jure

ctor & Gymnasii Elisabethani Rector; Vid. *Ludouici* Schul-Historie *P. I. p. 54.* & *Cunradi Silesiam Togatam p. 295.*

(138) Celeberrimus nimirum ille Goldbergensium Rector A. 1579. emortuus, de quo euoluatur *Cunradus l. c. p. 303.* Et Claius de Origine & Conseruatione *Scholae Goldbergensis n.*

(139) Primum in Athenis patriis Goldbergae Collega, tum Scholae Jauoranae Moderator, dehinc Professor patrius, Gymnasiique Pro-Rector, demum Curiae Senator & Pro-Consul; Poëta facundus, Philosophus acutus & Orator suo tempore celebris, Atticique pariter & Romani sermonis egregie peritus, de quo lege *Henelium l. c. cap. VII. p. 193.* Et *Eberti Peplum Goldbergensem p. 44. sqq.*

(140) Professor hic fuit Eloquentiae in Gymnasio Dantiscano; Cuius uitam nobis dedit *Adolphus Clarmundus in uitis Clariss. Viror. P. I. p. 194. sqq.* Et *Ephraim Praetorius in Athenis Gedanensibus p. 107. sqq.*

(141) Medicus & Historiographus S. Regiae Maj. Polon. & Professor Historiarum

jure meritoque adiungo *M. Eliam Majorem* (142), Gymnaſii Vratislauienſis Rectorem; *Christophorum Colerum* (143) & *Joannem* P 4 *Gebhar-*

rum in Gymnaſio Dantiſcano erat; ſed reſignato Gymnaſii officio, uergente aetate, ad Pontificiorum caſtra tranſibat & Frauenburgi Boruſſorum A. 1681. d. 26 Decembr. Aet. 71. obibat; Vid. *Praetorius in Athenis Gedanenſibus p. 114. ſqq.* Quid uero *D. Aeg. Strauchius* ratione religionis de eo ſenſerit ac retulerit, uideat, cui uolupe eſt, apud *Scherzerum, Colleg. Anti-Socinian. Diſp. I. p. 14.* Add. *Symbolotheca Docta P. I. p. 128.*

(142) Denatus An. 1669. d. 17. Julii aet. 82; Vid. *Hankii Propagatores Eruditionis Vratislauienſes p. 36.*

(143) In eodem Gymnaſio Moral. Politices, Hiſtoriar. & Eloquentiae Profeſſor erat publicus, nec non Bibliothecae ad St. Mar. Magdal. Aedem Praefectus, de qua etiam eius extat Oratio *Vratislauiae 1646, 12*, typis excuſa. Obibat Ann. 1658. & praeter dictam Orationem & alia lectu digna reliquit ſcripta; Vid. *VVittenius in Diario Biographico T. I. ad h. a.* & *Hankius l. c. p. 34.*

Gebhardum (144). Praeceptores meos aeuiternum uenerandos. *Cornelia*, illa *Gracchorum* mater, felicem se praedicauit, quod *Gracchos* peperisset; *Silesia* nostra multo feliciorem, imo felicissimam se praedicabit, quod non *Gracchos*, magnos magis, quam bonos uiros, sed tot illustria eruditionis ingenia, tot uirtutum Atlantes genuerit, qui in Regum Curiis, in Aulis Principum in Cathedris publicis magno cum Reipublicae emolumento uersantur.

Reliquum adhuc est, ut breuibus Patriae nostrae Nobilitatem describam. Strenuus est flos Ordinis equestris, & in aduerso casu tam egregio, tamque uirili praeditus animo, ut primas nemini concedat. In Bellis Turcicis ad testandam animi magnitudinem non solum semper assidui, sed fere primi pro religione, pro lege & grege, pro salute & libertate patriae, contra aduentantis equitatus fragorem & concurrentium exercituum impetus parati fuerunt.

(144) Qui eiusdem Gymnasii Pro-Rector & Custos uicinae Bibliothecae Rhedigerianae fuit, diemque obiit supremum A. 1681. aet. 70. Vid. *Idem l. c. p. 40.*

runt. E quibus *Rederos*, *Zedlicios*, *Hohbergos*, *Rechenbergios*, *Sweidnicios*, *Rotkirchios*, & innumeros alios nominare liceat, qui Patrum noſtrorum memoria, ob res bello geſtas, domi foriſque immortale nomen toti reliquerunt poſteritati (145). Tam magnae quoque fortitudinis fuerunt, ut neque Codro Athenienſi, neque Thebano Menaeceo, neque Romanis Deciis ceſſuri eſſent. Vereque ſcripſit Bertius: *Nobilitas Sileſiaca animis erectis eſt & inuictis, manu promta, conſilio prouida, ante diſcrimen tranquilla, in periculis audens & concitata. Proinde Hungariae quod reliquum eſt, id magna parte huic Nobilitati Orbis chriſtianus merito acceptum referre debet.* Viuum exemplum heroici ſpiritus ſi quis deſiderat, *Dn. Georgium Herrmannum a Schweidniz* reputet ſecum ac aeſtimet, qui in acerrima obſidione vrbis Freibergae praeclarum virilitatis & prudentiae ſpecimen edidit. Etſi enim perterricrepo tormentorum robore & fragore muri fere proſtrati, & hoſtes iracundo & toruo uultu

(145) De his aliisque euolue *Griſbecii Iſagogen Sileſiae v. 615. ſqq.*

urbem aggrederentur, huius uiri tamen consiliis & magnitudine animi, ita spe sua dejecti sunt, ut tandem consarcinatis rebus, fugam adornarint. O singularem animum & spiritum tam arctis afflictisque rebus! O incomparabilem Constantiam! Bellicae tuae Laudes, O SVVEIDNIZI, celebrabuntur non solum nostris, sed futuris quoque seculis, neque posteritas de tuis conticescet meritis (146).

Nobilitas uero Silesiae non solum Marti, sed Arti quoque incumbit, & ex utroque clarescere, pulcrum & decorum arbitratur. Nostra aetate exemplo nobis sunt, Illustris ac Generosissimus DN. ABRAHAMVS a SEBOTTENDORF, Serenissimi ac Potentissimi Saxoniae Electoris in Consilio sanctiori Senator primarius (147); Nec non Nobilissimus, strenuus ac Generosus DN.

(146) Fortissimi huius Herois facta decantat *Sinapius* in seinen *Curieusen* Merckwürdigkeiten vom Schlesischen Adel *P. I. p. 855. sqq.*

(147) Huius memoriam recolit, *Idem l. c. p. 873. sq.* Eumque Decus ac sydus familiae *Sebottendorffianae* uocat.

DN. DAVID a SCHVVEIDNIZ, Illustrissimae Aulae Lygio - Bregensis Consiliarius, & Ducatus Lignicensis Capitaneus dignissimus (148). In quibus uiris exultat Phoebus, laetatur Minerua, tripudiant Charites. Et quamuis difficillimis officii laboribus onusti, bonarum tamen artium studia non praetermittunt, ut dubitari non oporteat, quin fama & gloria illorum per omnem temporis memoriam sit perennatura. Vt hinc rectissime, exactissimi iudicii Vir, *Janus Gruterus*, scripserit: *Rara res est, sed uera tamen, ita Nobilitas Silesiaca morata est, ut ultro prae se ferat, caeteris quidem ordinibus ornamento emolumentoque esse literas, suo praeterea necessarias.* Sed uela sermonis mei hic contraham, & reliqua memoratu digna, sigillo sacri silentii obsignabo, ad exemplum sagacis illius pictoris, qui, cum artificio excelleret, ingenio tamen magis abundabat, is uelo obumbrasse dicitur, quod penicillo exaequare desperabat.

Inte-

(148) Et huius Theologi uere Nobilis memoriam ab interitu seruauit *Idem l. c. p. 852. sq.*

Interea floreant, uigeant, Illustrissimorum Principum Familiae! floreant, uigeant Respublicae florentissimae! Vigeat, floreat Ecclesia Euangelica! pressae uero Tu Deus Optime Maxime Auxiliator adesto, ut omnis posteritas sacratissimum tuum nomen ueneretur seculis nunquam terminandis.

D I X I.

IV.

LEMMATA HISTORICA AD SILESIAM PERTINENTIA,

DISPVTATA

PRAESIDE

CONRADO SAMVELE SCHVRTZFLEISCHIO,

PROFESSORE HISTORIARVM ACADEMIAE WITTEBERGENSIS PVBLICO,

AB

AVGVSTINO PESCHINO,

HERNSTADIENSI SILESIO,

IN AVDITORIO MAIORI

DIE XVII. OCTOBR. ANNO M DC LXXXII.

WITTENBERGAE,
Typis CHRISTIANI SCHROEDTERI,
ACAD. TYP.

I.

IMperiti ſunt Originem ueterum, gentiumque natales ignorant, & nimis a migrationum ordine recedunt longiusque declinant, aut mea opinione in re ſeria interdum ineptiunt ac ludunt, qui *Elyſios* Taciti *Sileſios* interpretantur, *de morib. German. XLIII. 5.* Et ibidem *Beatus Rhenanus*, cuius intempeſtiua Caſtigatio Hiſtoriæ uim infert, nec melior eſt coniectura *Jodoci Willichii*, *Lygios* uocantis, quos *Sileſios* nominamus, *in Tac. Germ.*

II.

ANIMADVERSIONES NONNVLLÆ

Ad §. I.

Sileſiam & *Sileſios* à Taciti *Elyſiis* nomen mutuari ſuum, conſtanter ſentit *Henelii Scholiaſtes Sileſiogr. Renov. cap. I. p. 58. ſqq.* Atque eam ob rem initium *Praefationis*, quam *Philippus Melanchthon*. A. 1558. *in Catecheſin Valentini Trocendorffii* exarauit, ſummopere *l. c. p. 117* approbat. Neque abludit ab hac ſententia *Hankius in Antiq. de Sileſiorum Nominibus & Majoribus* paſſim; Vbi de *Lygiis* & *Elyſiis* plura inueniuntur. Cuius tamen deriuatio *Sileſiorum* ab *Elyſiis* germa-

II.

Verosimiliter ultima nominis initia a *Conuenis* lingua Sarmatica dictis repetuntur, quippe quibus antiquae Vrbium Vicorumque appellationes congruunt, & Sarmatici nominis uestigia referunt, ac temporum gentiumque uices ostendunt. In quam sententiam *Vid. Nicolaus Henelius*, prudens & doctus scriptor, *Silesiographiae p. 4.* Dissentit *Joachimus Curaeus*, diligens & eruditus *Annalium Silesiae* Conditor & *Lygios Elysiosque* Taciti ad hoc argumentum refert, a magno, ut opinor, Poly-

---

manica ibidem occurrens (quasi dicti fuerint Eliser, Erliser, id est, *Liberatores*, a caeteris Germanis, ob auxilia adversus hostium uires opportuno tempore lata,) ingeniosa magis, quam uera, plurimis uidetur, cum frigido tantum soni argumento fulciatur. Confer Notata nostra ad dictam *Melanchthonis Praefationem supra Num. I.* & ad *Kittelii Encomium Silesiae Num. IV.*

Ad §. II.

Haec Silesiae Etimologia siue Deriuatio a *Slezacis* seu *Convenis*, in tantum inualuit,

Polyhiſtore, *Caſpare Peucero*, deceptus, *p. 6. & 55. Editionis Wittenbergenſis*. Huic aſſentitur *Chriſtophorus Hartknochius de Rep. Polon. L. 1. cap. 3.*

III.

Antea has oras incoluerunt *Quadi*, finitimi Sarmatis, & morum armorumque apparatu ſimiles, ſed natione Germani, ut Auctor eſt *Tacitus Germ.* XLII, 1. 2. *Am. Marcellinus* XVII. 12. *Dubrauius Hiſtor. Bojem.* Lib. IIX.

IV.

luit, ut omnes ferme noui, iique laudatiſſimi ſcriptores hoc argumentum tractantes cum *Cromero* & *Henelio* eam amplectantur, & Sententiae *Sileſios* ab *Elyſiis* deducenti contradicant. Quam in ſententiam & laudatus *Henelii Scholiaſtes c. I. p. 116. ſq.* iret, ſi modo ſcriptores hi celeberrimi prius oſtenderent, unde *Ditmari* Pagus *Silenſis*, ueterumque grauiſſimorum Auctorum *Sliuſi*, *Siusli*, *Siluſi &c.* ſui nominis arceſſant originem. Vehementer uero errare *Cromerum*, eiusque aſſeclas, cum hac Etymologia, fuſe oſtendit *Hankius in Antiq. de Sileſior. Nominibus cap. VI. & ſqq.*

Ad §. III.

De *Quadis* conſule Notata noſtra ad *Kittelium N. I.*

IV.

Postea *Sarmatae Lechidae* migrarunt in eas terras, sedesque fixerunt; *Matth. Michouius Lib. I. cap. I.* Quo tempore Silesiorum populus nondum hoc nomine cognitus erat, nec facile ante Karolinum Regnum fama belli & expeditionum celebratur. Id quod comprobant monumenta, quibus res ipsorum continentur. Nam *Siusli*, siue ut alii legunt, *Sliusi*, denotant *Silesios*, qui cum *Sclauis* & *Bohemis*, Regni Franci Germanici limitem ruperunt; *Annal. Francor. DCCC LXIX.*

V.

Amplius extat huius appellationis uestigium

Q

Ad §. IV.

Minime tamen *Quadi* Seculo VI. circiter Annum 550. Patriam Silesiam uacuam Sarmatis aduenis occupandam reliquerunt, uerum *Silesiorum Maiores* manserunt, licet cum iis consociatis uixerint, ceu patet ex *Hankii Antiq. de Silesior. Majoribus cap. XXI. p. 121.* Et ex *Eius Exercitationibus de Silesior. Rebus cap. I. p. 18. sqq.*

Ad. §. V.

Silesiam per *Pagum Silensem* a *Ditmaro* intel-

ſtigium apud *Ditmarum Merſeburgenſem*, qui primus omnium, quod ſciam, meminit *Pagi Silenſis*, quem interpretor tractum regionemque Sileſiae Gentis, *Lib. VII. p. 221. Edit. Mader.*

VI.

Ritu Chriſtianorum initiati ſunt, cum ſum-

telligi, dubitat *Henelius*, ſed nulla ratione. Licet enim *Ditmari* aetate ſub *communi* Poloniae ut imperio, ita nomine adhuc delituerit *Sileſia*, non negandum tamen eſſe, ut *Henelianus Interpolator Sileſiogr. Renov. cap. I. p. 106.* exiſtimat, hanc regionem, ut grandem & notabilem Poloniae partem & jam *particulari*, ſiue *proprio* nomine, quo ab aliis Diſtrictibus Poloniae aut palatinatibus diſtingueretur, ueniſſe, illudque non aliud fuiſſe, quam a ueteribus hujus Prouinciae incolis *Lygiis*, *Elyſiis* deriuatam *Elyſiam*, per diuerſitatem uero ſuccedentium Incolarum diuerſimode tortum, atque iam in *Sliuſam*, iam *Siuslam*, iam *Suſolam*, iam *Siluſam*, iam *Sleſiam*, iam *Sileſiam* &c. mutatum. Cum quo conſentit *Hanckius in Antiq. de Sileſior. Nominibus cap. XI. §. 4. p. 69.*

Ad §. VI.

De conuerſione Sileſiorum euolue *Kittelium*

summam rerum Polonicarum *Miezislaus* teneret, qui ducta *Boleslai Bohemici* filia, barbaro more se abstinuit, & abrogato Idolorum cultu, veram Religionem amplexus est, & ad Polonos Silesiosque transmisit; *Ditmarus* Chron. Lib. IV. p. 89. *Dubrauius* Hist. Bojem. Lib. V. *Joachimus Curaeus* in Annal. Siles. p. 29. *Martinus Cromerus* Rer. Polonicar. Lib. III. *Nic. Henelius* Silesiograph. cap. VI. *Caesar. Baronius* in Annal. Eccles. ad A. 965. Nisi quod ibidem erroneam *Cranzii* opinionem sequitur, & Vandaliae ambitu Sarmatarum Slauorumque terras perperam complectitur; *Adrianus Regenuolscius Hist. Eccles. Slauon. Lib. I.*

VII.

Simul atque hae Gentes Christo nomen dederunt, moratiores pariter factae sunt, et praua instituta malique exempli consuetudines omiserunt, & ipsam quo-

Q 2 que

---

lium ibique *Scholiorum N. XXXIX. sqq.* Et *Jo. Gebhardi* Programma Publicum, quod inscribitur: *Pietas Religiosa, Saeculum indicens Fidei Christianae inter Silesios septimum*, Vratislauiae 1665, 4, edit.

que habendi plures uxores libidinem pie & ſapienter improbarunt; *Bobuslaus Balbinus*, Vir ſane diligens, etſi cum Duce ſuo *Stranskio* nimis ſaepe, & praeter meritum ſuggillat *Melchiorem Goldaſtum*, in *Epitome Rer. Bohem. Lib. II. cap. 7.*

VIII.

In hanc ſententiam commemorat & teſtatur *Procopius* non Chriſtianus, ſed in hoc genere ingenuus Scriptor, *Herulos*, Slauici nominis gentem non prius feritatem cum manſuetudine commutaſſe, quam Chriſti ſacra amplecteretur; *Goth. II.*

IX.

Non aliud, nec mitius ingenium reliqui Sarmatae habuerunt, & rerum ſuperſtitionumque a majoribus traditarum tenaciſſimi fuerunt, quod ex *Procopio* abunde patet, cuius narratio in genio Populi, & rebus factisque congruit, nec *Fr. Combefis* habuit, cur propter Ἀνέκδοτα fidem *Procopii* eleuaret, ad *Procop. Rhet. locum de S. Sophia p. 293.*

X.

Tantum refert admoneri, quod uniuerſa

Ad §. X.

Legi hic omnino merentur *Hankii Exercitatio-*

ſa haec Gens non uno & eodem temporis articulo religionem ſimul & cultum ſuſceperit, quoniam ante *Dobrauae* in Poloniam aduentum quaedam Religionis Chriſtianae ſemina ibi ſparſa ſunt, & *Cyrillus* atque *Methodius* Epiſcopi, uelut Regionum illarum Apoſtoli, jam ante ſtudia ſua eo contulerunt, ut Religione Chriſtiana imbueretur. Quorſum ſpectat *Mart. Cromerus*, quum initia Religionis accepta fert Graecis & Italis, denotatque hos Epiſcopos, qui annitente *Nicolao* Pontifice Rom. Chriſti ſacra ibidem promulgarunt, *de Reb. Polonor. Lib. III. Dubrauius*, *Curaeus*, *Regenuolſcius* & perplures. Nec ue-

tationes de Sileſiorum Rebus cap. VII. p. 112. ſqq. Erant uero Monachi hi Graeci *Morauorum* ad Chriſtum conuerſorum circiter Annum 864, quantum ex horum temporum monumentis colligi poteſt, primi Doctores; Quorum Notitia Chriſtianorum Sacrorum poſtea in *Bohemiam*, & utrique proximam *Sileſiam* procedebat, per quam denique *Poloniam* intrabat. Et ita contingebat, ut Sileſiorum & Polonorum ipſe Dux *Mieslaus* primus tandem minore difficultate fieret Chriſtianus.

ro, quod de Polonis Silesiisque dictum uolo, id ad omnes Slauorum populos pertinet, quorum alii citius, alii serius Christi Sacra colere coeperunt. Ex quibus certe *Hieronymus Stridoniensis* eluxit, & sacras literas magnopere illustrauit, quem *Flacius Illyricus* ferme reddidisset posteris Seculis, nisi de optima & emendata Magistri doctrina deflexisset. Interim *Epocha Conuersionis Polonorum Silesiorumque generalis* omnino figenda est in Anno Christi DCCCCLXV. Hinc principium Cultus & Ciuilitatis, hinc primordia templorum ibi ducuntur. Quae disciplina & mansuetudo elegantiaque multo post progressa est ad Prussos, ut alibi traditum probatumque fuit.

XI.

Ac diu quidem *Silesia* fuit in Ditione *Poloniae* & *Lechidarum* Principum legibus paruit, ac deinde *Piastidarum* Duces Regesque coluit comiterque habuit, & amplius octingentis annis talem modum statumque Reipublicae servavit; *Henelius Silesiogr. cap. VII.* Seorsim a nobis sentit *Hartknochius*, & auctore *Vincentio Kadlubco* probare conatur, *Silesiam*, quam hic scri-

ſcriptor inepte *Sileuciam* nominat, *Boleslai Chrobri* ductu Poloniae fuiſſe ſubjectam, *Lib. I. cap. 3. §. 2, de Rep. Pol.* Sed ex aliis, nec fabuloſis monumentis conſtat, *Sileſiam* ab initio Principatus *Lechi* non ignobilem fuiſſe Poloniae portionem.

XII.

Tabulae Regum Poloniae indicant pariter & confirmant, eos teſtandi Dominii cauſa *Supremos Sileſiae Duces* ſe ſcripſiſſe in Epiſtolis & Codicillis publicis, admonetque id, ut ratio intelligatur, quamobrem ita ſe ſcripſerint Reges, ſimulque cauſa perſpiciatur, quamobrem Sileſiae Proceres & Principes noluerint in loco numeroque Prouinciarum haberi, ſed ſalua ſtatus dignitate, integrisque Priuilegiis cum Regno Poloniae antiquitus, & deinde cum Regno Bohemiae coaluerint. Cujus exemplum tituli extat apud *Jacobum Schickfuſium in Chron. Sileſ. Lib. 3. cap. 28.* De quo uid. *infra* §. *XV.*

XIII.

Tradit autem *Melchior Goldaſtus*, Poloniae Reges Dominium Sileſiae ſub auſpiciis Germanorum habuiſſe, & ſaluis imperii rationibus tenuiſſe, atque adeo propter Si-

lesiam Caesaribus sane obnoxios fuisse, *de Regno Bohemiae Lib. I. c. 14.*

XIV.

Quod eo magis certum exploratumque est, postquam Silesia ad Bohemos transiit, quorum ut Regnum ita omnes Regno innexae regiones ad supremum Germaniae jus spectant. Docentu hoc Diplomata, quae Regnum Bohemiae *feudale* euincunt, & Sanctiones publicae, quae multis in locis Silesiam Imperio deuinctam testantur. In quo argumento caute legendus est *P. Piasecius*, qui non raro externarum rerum imperitum se prodit & Regnum Bohemiae uere dici posse *feudum Imperiae* negat, contra ueterum recentiumque Diplomatum fidem, *Chron. an. 1619.* Nam Priuilegia & immunitates, quas habet Bohemia, non efficiunt, ut desinat esse Imperii beneficium, quoniam propter eam omnia jura, muniaque & dignitates Imperiales, cumprimis *Electoratus* & *Archipincernatus*, & regiones principatusque conjuncti ab Imperio accipiuntur, atque hoc titulo agnoscuntur & possidentur. Extat *R. I. 1530. §. 127.* Vbi Silesia iungitur iis sane Regionibus, quae suprema Jurisdictione continentur.

XV.

XV.

Inter Silesiae Ducatus, qui sub tempora *Boleslai Crispi* sigillatim constituti diuisique sunt, *Glogouiensis* & *Troppaviensis* Vladislai Regis donatione attributi sunt *Joanni Alberto*, quamuis Silesia iam diu ante Polonorum esse desiisset. Vnde interpretationem recipit *Johannis Alberti* titulus, qui non ad universam Silesiam, sed duntaxat ad Ducatum Glogoviensem & Troppauiensem pertinebat; *Joach. Curaeus*, in Annal. Siles. p 359. *Martinus Cromerus* & *huius Epitomastes* Hist. Polon. Lib. VI.

XVI.

Ducatus *Oppauiensis*, uera quoque Silesiae portio est, & inter huius regni clientelas numeratur, & gaudet priuilegiis, qua Silesiae principatus, ut *Johannis* Bohemiae Regis Diplomata satis declarant. Quanquam nuper *Thomas Jòhannes Pessina* ostendere conatus est, eum ab antiquo tempore ad Marchionatum Morauiae pertinuisse, *in Marte Morav. Lib. IV. cap. 2.* Sed tabulae & Bullae Lutzelburgicorum Regum Caesarumque Oppauiae Ducem Silesiae adscribunt, atque in hoc statu & dignitate confirmant. Diu uero est, quod iste Ducatus

ad *Cameram*, ut uocant, *Regiam* (Bohemicam) proxime & immediate ſpectat.

XVII.

Ducatum *Olſnenſem* ſui fere iuris eſſe putat *Baudrandus*, Geographus Gallus, & nihilominus concedit, eſſe in Clientela Bohemiae Regis, ac tantum non ſibi contradicit. Nam hi Duces iurant in verba Regis, ſuntque ejus *VaſalliLigii*, & fidem atque *Subjectionem* promittunt, atque in hoc ſtatu non ſunt ſui iuris, uel quaſi, noruntque & profitentur obligationem ſuam. Illud tamen ſingulare eſt, quod *Olſnae Principatus* deuoluitur ad foeminas, atque hoc obtinet ex permutatione *Bodebratii* in Bohemia ſiti, & foemineo jure praediti (unde appellati ſunt *Domini de Bodebrat*) quod *Henricus* Dux Munſterbergenſium *Vladislao* Bohemiae Regi tradidit, atque eius nomine *Olsnam* recepit; *Schickfuſius Chron. Lib. II. cap.* 34. Qui Ducatus connubio *Eliſabethae Mariae*, *Caroli Friderici* Ducis Munſterb. filiae, delatus eſt ad *Syluium Nimrodum*, Ducem Wirtenbergicum, quod recens manifeſtumque eſt iuris uxorii argumentum. Sed id non habet locum in caeteris Sileſiae Ducatibus, qui tamen in pleris-

risque aliis a communi *feudorum* ratione & regula recedunt; *Henelius Silesiograph. cap. VI.* Duces Munsterbergenses *Schickfusius* nominat Imperii Principes, & praeter institutum concedentis, exponit ac extendit Diploma Caesareum, statumque quaestionis inuertit, nec seruat modum generi pragmatico congruentem. Ad eos caeteroqui duces pertinuit *Glacii Comitatus*, cuius mentio fit in tabulis beneficiariis anno MCCCCLXII. ab Imp. *Friderico III.* datis. Venit hic castigandus Scriptor proletarius *Georgius Aelurius*, qui initia & originem *Glacii* adscribit *Henrico Aucupi*, & Diploma Germanicum contra usum Curiae Germanicae ueteris eidem tribuit, ac reuera ineptit, *Glaciographiae Lib. I. cap. I. p.* 32. Magis erudite ac prudenter de hoc Comitatu tradit *Goldastus Lib. I. cap.* 15. *de Regno Boh.* qui Comitatus nunc non possidetur a Silesiae ducibus, sed Regno Bohemiae est conjunctus.

XVIII.

Liegnicii & *Briegae* Ducatus superstitem *Piastidarum* sobolem retinuit usque ad annum MDCLXXV. Quo *Georgius Guilielmus*, *Christiani* filius, ex connubio principali dignitate ultimus, in flore aetatis, & in

in expectatione maximarum rerum, hanc antiquiſſimam & regiae ſtirpis propaginem finiuit. Proinde ab illius obitu hi ducatus fiſco regio attributi ſunt, & priſtinos propriosque duces amiſerunt, quos commonſtrat *§. Sileſiae, art. V. Inſtr. Pac. Oſnabr.* Etſi autem iam ad patrimonium regium pertinent illi ducatus, non tamen propterea ceſſat ratio Conſeruationis Jurium & Priuilegiorum, ſpeciatim in parte ſacrorum, quae antehac ibi fuerunt & ualuerunt, & deinceps pactione *Weſtphalica* denuo robur acceperunt. Quorſum dirigitur *Interuentio* Suedica, & interceſſio Principum Auguſtanae Confeſſionis, quarum neutra eſt ſuperuacua & inanis, quoniam partibus ſolenniter paciſcentibus placuit & probata eſt, atque eas mutua utrinque obligatione deuinxit ad inſerendam clauſulam, quae in modum formamque *Contractus* libertati Religionis caueret, *Inſtr. Pac. verſ. & cum.* Non quidem neſcio, hos Duces ſuperiori Seculo conſilium cepiſſe de faciendo Succeſſionis pacto cum *Joachimo*, Brandenburgico Electore; Sed Rex Bohemiae contradixit, & ratum habere noluit, & quod ea in re actum fuerat, reſcidit, irritumque declarauit; *Henelius Sileſiogr. c. VI.*

c. VI. Noſtra deinde memoria Ducis *Johannis Chriſtiani*, principatum uiribus & potentia ſtabilire cupientis, uoluntas & *Diſpoſitio* ſuccedendi ius praeripuit filiis ex altero, tanquam impari, matrimonio natis. Sed ignarus ſuturi erat laudatiſſimus Princeps, dum conſulto a *diuiſione* abſtinebat, nec facile orbitatem metuebat, cum alioquin ratio fuiſſet expedita Connubii in dignitate principali collocandi, & *Appennagia*, quae nominant, conſtituendi.

XIX.

Ducatus *Croſnenſis* ex Sileſiae corpore ueluti decerptus, & a reliquis Ducatibus onerum munerumque ciuilium ratione ſeiunctus, atque in dominium Brandenburgicum perpetuo iure redactus eſt, & ad familiae eius patrimonium attinet, haereditariusque *feudalis* appellatur. Quod omnino affirmant *Andreas Angelus* in Chron.

Ad §. XIX.

De Ducatu Carnouienſi ejusque uariis mutationibus pluribus agit *Dewerdeckius l.c. p. 551. ſqq.* Et ab hodiernis Marchionibus ſaltem ratione Ducatus Croſnae titulus Ducis Croſnenſis adhibetur, omiſſo altero.

Chron. March. Brand. Lib. III. p. 329. *Schickfusius* Chron. Siles. Lib. I. cap. 15. & Lib. II. cap. 33. Titulus & insignia huius ducatus, concessu *Ferdinandi I.* Bohemiae Regis, sumta sunt anno MDXXXVIII. Error est in notis temporum *Hartknochii*, quippe *annum 1528.* numerantis. Superiores Crosnae mutationes enarrauit *Curaeus in Annal. Siles. p. 263. 306. 323. 325. 335.* Verum Ducatus *Carnovius* desiit esse ditionis Brandenburgicae, postquam non habita agnatorum ratione ademtus abiudicatusque est, cuiusmodi exemplum antea editum fuit in *Oppoliensi* & *Ratiboriensi* ducatibus, dum agnati nullo modo impetrare poterant, ut ad successionem ex transuerso admitterentur. Quibus rebus isti ducatus ad fiscum regium deuoluti, & pignoris titulo postea traditi ad tempus sunt *Sigismundo III.* Poloniae Regi. Sed nihilo minus ratione Ducatus *Carnouii* titulus Ducis *Jegerndorffensis* a Marchionibus adhibetur & retinetur. Tantum igitur cum accessionibus suis *Crosna* dignitate principali superest, quam Marchiones & Electores Brandenburgici a Rege Bohemiae iure beneficiario capiunt & agnoscunt. Neque

tamen

tamen non dubitat *Henelius*, an Ducatus *Carnouiensis* haereditarius dici possit *Silesiograph. cap. VI.* Quod Reges Bohemiae negarunt & praeiudicio testatum fecerunt, cuius rei altior causa subest, & facile perquiri potest ex superiorum temporum actis, quae exequi propositum uetat.

XX.

Vnus autem restat Ducatus, qui ueteres suas rationes seruat, quique ad fiscum regium proxime non spectat, cuiusmodi est Ducatus *Olsnensis*, cuius nota foecunditas est, quae facit, ut tribus lineis contineatur. Etenim ab *Syluio Nimrodo*, Duce Wirtembergico, primo huius ducatus acquirente, tres ortae sunt propagines, *Olsnensis* sigillatim, *Bernstatensis* & *Julichstatensis*, quarum initia ducenda sunt a tribus *Syluii Nimrodi* filiis, inter quos *Syluius Fridericus*, *Christianus Vlricus* & *Julius Sigismundus* patri superstites, suam quisque *lineam* condiderunt.

XXI.

Ad §. XX.

Hodie Ducatus Olsnensis duabus saltem lineis, *Olsnensi* & *Bernstatensi*, continetur; Vid. *Cl. Sinapii Olsnographia P. I. p. 300. sqq.*

XXI.

Vratislauiensis Ducatus iamdudum sublatus extinctusque est, neque id tamen fraudi est *Vratislauiae*, Parenti Cultus & Elegantiae Silesiorum Vrbium, propterea quod in Sanctione Pragmatica seorsim exprimitur, & iuxta cum aliis Ducatibus *mediate* subiectis, necdum ad fiscum regium deuolutis, in libertate, sacra & ciuilia negotia complectente, prorsus confirmatur, *Hist. Pac. Osnabr. art. V.* §. 13. Quare jus religionis libere illic exercendae firmum & stabile est, neque potest conuelli, neque continetur capite Gratiae, nec pendet a Conditione & Clausula *interuentionis*, sed innititur pacto publico & pragmatico, a sociis paciscentibus & sponsoribus simul comprobato.

XXII.

Caeterum omnes Silesiae Duces Regno Bohemiae se coniunxerunt, & jura Priuilegiaque salua sibi pacti, tanquam foederati Proceres accesserunt, nec Regi suo, nisi praesenti, iurare quondam consueuerunt, atque ante conuersum Bohemiae statum, in *Regis Electione* suffragium habuerunt, & eo numero locoque habiti sunt, quo illi, qui

intra Regnum, & natiua eius membra fuerunt. Quocirca recte existimat *Henelius*, *Regnicolas* in Sanctione *Carolina* memoratos, intelligi simul Silesiae Principes, *A. B.* tit. VII. & VIII. *Silesiograph.* cap. VII.

XXIII.

Primum Silesiae cum Bohemia copulandae auspicium datum est ab *Henrico*, Vratislauiensi Duce, qui cum *Wenceslao*, Bohemiae Rege, pactionem fecit, quam An. MCCXC. sua & imperii auctoritate communiuit *Rudolphus* Caesar. Inde paulatim alii post alios ad *pactitiam* illius regni societatem accesserunt, donec omnes simul in uerba *Johannis Lutzelburgici*, Regis, iurarent. Id quod euenit, rituque solenni Vratislauiae peractum est anno MCCCXXXVII, die festo Palmarum; *Jo. Dubrauius* hist. Bojem. Lib. XXI. *Henelius* Siles. cap. VII. *Schickfusius* Chron. Lib. IV. cap. XXVIII. *Balbinus* Ep. Lib. III. cap. XVIII. Postea *Casimirus* Poloniae Rex assensu Regni Procerum jure suo in Silesiam renunciauit, & superiores lites sustulit atque extinxit. Diploma Cessionis anno MCCCXXXIX. factum, & a *Goldasto* editum est *in Appendice Documentorum p. 40.* Facile *Casimirum* in hanc

 sen-

ſententiam induxit & traxit memoria Belli Pruſſici, quod magnis uiribus diu geſtum eſt, ac ſine dubio a cogitatione nouae & difficilis expectionis eum deterruit atque auertit. Itaque pacto remiſit Jus, & callidum animoſumque Regem *Johannem* ad accipiendam approbandamque conditionem, Poloniae utilem, perſuaſit & inflexit, ut viciſſim omni iure cederet, quod in quantum Bohemiae Rex in Poloniam habebat, propter connubium *Richſae Venceslao* Bohemorum Regi nuptae, quae inſignem Poloniae partem ipſi in dotem attulit, quam inita hac pactione pro Sileſia libenter & conſulto dimiſit. Quod diſſimulant Scriptores Polonici, & huius rei cauſa arguuntur merito, & tacentes urgeri, negantes refelli conuincique poſſunt, quia non Libri ſolum, ſed publica quoque Actorum documenta ſuppetunt, quae dictis fidem aſferant, ceſſionemque confirment; Vid. *Carolus IV. in Vita ſua*, quam *Rein. Reineccius* & *Marq. Freherus* ediderunt, *Jo. Dubrauius* & *Venceslaus Hagecius*, ex iisque *Mart. Boregk. Chron. Boh.* in Johanne Lutzelb. *Peſſina in Mart. Morav. Lib. IV. cap. 2.*

XXIV.

XXIV.

Duabus autem in rebus cognitum eſt, non bene Polonis eueniſſe Conſilia, quae cum *diuiſione principatuum*, & *electione Vladislai Locticí* coniuncta erant. Vtroque enim modo uires, animosque diſtraxerunt, commotis repulſa *Piaſteis Ducibus*, quorum amicitiam diligenter captabat *Johannes* Rex, & eorum in Polonos odia fouebat, ac ſtimulabat, & occaſione belli inter Polonos Pruſſosque geſti utebatur, pacemque ſuo & *Caroli* arbitrio procurabat, ſibi utilem, & *Caſimiro* Poloniae Regi iniquiorem. Quod non diffitentur Polonorum hiſtorici, & Regem *Caſimirum*, plus quam par eſſet, quietis & otii cupidum fuiſſe queruntur. Nec inficiari poſſum, Poloniam tunc non potuiſſe reſiſtere ſuis factis, poſtea autem agnouiſſe errorem, meliusque ſibi conſuluiſſe, cum Sileſiae iacturam prudenter ſarciret, & *Jagelloni* Regis dignitatem prenſanti conditionem de Lithuania cum Polonorum Regno coniungenda ferret, quam is libens accepit, & Rempublicam una & auſpicata magni Ducatus acceſſione auxit & corroborauit; *Cr merus de Reb. Geſt. Polon. Lib. XIV. & XV.*

XV. atque ex eo *Salomon Neugebauerus* Hist. Polon. Lib. V. *Albertus VVijuk Kojalovvicz*, qui *Matthiae Strykovvsky Ossosteuitii historiam Lithuanicam* in Epitomen redegit, *hist. Part. I. Lib. 9.*

XXV.

Fuit autem Silesia plus trecentis & quadraginta annis coniuncta Bohemiae, nec subiugata Bohemorum armis, sed Pacto Silesiorum Principum, & Cessione Regis Procerumque Polonorum, uenit in ditionem Regni Bohemici, mansitque eo in statu, & Regum suorum majestatem coluit & obsequium fidemque seruauit.

XXVI.

Hostes, qui uastarunt Silesiam, duo præcipue animo occurrunt, *Scythae* & *Hussitae*, quorum infesti exercitus nullum prope crudelitatis genus omiserunt. *Scythae* siue *Tartari* anno MCCXXIIX. ab ultimis sedibus in Europam egressi sunt, & magnum

Ad §. *XXVI.*

Errorem hic errat *Schurtzfleischius* noster. Irruptio enim Tartarorum in Europam & inprimis in Regnum Poloniae & Hungariae incidit in Annum a nato Servatore Chri-

gnum deinde repentinumque impetum in Silesiam fecerunt, trajectoque Viadro, versus Vratislauiam castra mouerunt, & depulsi ab oppugnatione arcis, in quam ciues, urbe consulto incensa, profugerant Lignicium usque peruenerunt, ac V. Id. April. An. MCCXLI. ingentem Silesiorum stragem ediderunt. In quo proelio desiderati sunt *Henricus*, Dux Lignicensis, *Boleslaus* Marchio, & perplures ex flore nobilitatis. Barbari caesorum numerum, resectis auribus, inierunt, iisque nouem capaces saccos repleuerunt, nec aliter, quam Victoriae signa ostenderunt. Loco pugnae ad hunc diem nomen est *Valstadio*, quod uno lapide distat Lignicio, & memoriam funestae cladis etiamnum seruat; *Henelius Breslogr. cap. IV.* Quo tempore imperabat *Friedericus II.* Cuius epistola ad Regem Hungariae de aduentu Tartarorum perscripta super est apud *Petrum de*

 Vineis,

Christo supra millesimum ducentesimum quadragesimum, quae alteri fores mox insequenti praelioque, de quo hic sermo, funestissimo campum aperuit; Vid. *Curaeus p. 68. sq.* Et *Kittelius* ibique *n. XXXVII.*

Vineis, ſcribis CaeſareisPraefectum, *Lib. I. Ep. 29.* Contra quos deſtinauit *Conradum* filium, cum ipſe rebus Italicis impeditus, in dura Imperii tempora incideret, & procul eſſet finibus patriae, & difficultatibus patriae urgeretur. Proinde iniquiſſimis Reipublicae temporibus nummos ex corio faciendos curauit, quibus ſignum Caeſaris impreſſit, ualoremque neceſſitate publica ſanxit; *Carolus Sigonius de Regno Italiae Lib. XVIII.* Huſſitae demum crudeliter afflixerunt Sileſiam, magnamque eius uaſtitatem fecerunt; *Curaeus Annal. Sileſ. p. 120.* Et *Belli Huſſitici per Luſatiam Sileſiamque MSP.* Quae irruptiones permultum attulerunt ad utrasque regiones magis deinceps communiendas, & ad cuſtodiendos firmandosque aditus, & inprimis ad urbes earumque moles & aedes ex lapidum materia conſtruendas.

TANTVM.

SERIES SCRIPTORUM.

I. *PHILIPPI MELANCHTHONIS COMMENDATIO SILESIAE.*

II. *M. SIMONIS GRIESBECII* ΕΙΣΑΓΩΓΗ *SILESIAE.*

III. *ABRAHAMI KITTELII ENCOMIUM SILESIAE.*

IV. *CONRADI SAMUELIS SCHURTZFLEISCHII LEMMATA HISTORICA, AD SILESIAM PERTINENTIA.*

Errorum, in Scripto nostro occurrentium, emendationem L. B. in se suscipiet, quoniam ob temporis penuriam omnia curatiori oculo perlustrare non licuit.